Elementa Geometriae.

a
Professore Matheseos
Habichtio
elaborata.

C. R. Bibliothecae Scherschnikianae
Teschinii

Q. D. B. V.

Caput I^{mum}

De primis Triangulorum et Parallelogrāmorum adfectionibus.

§1. Definitio 1.

Geometria eſt ſcientia extenſorum quatenus terminata ſunt, h.e. Linearum, ſuperficierum et ſolidorum.

§2 Scholion.

Quia extenſio ex ſimultanea rei cujuſdam per locum diffuſione oritur, in mente nobis repræſentamus eam multa in uno continuo ſimul percipientes, inde quidem extenſionis notio, totius et partium notiones involvit, atq; eadem ipſa in aliarum rerum notiones irrepit, quæ ideo per lineas ſuperficies et ſolida repræſentari poſſunt. Inde patet Geometriæ uſum eſſe utique latiſſimum. Dicemus autem continuum si in composito partes eo ordine juxta se invicem collocentur ut alias inter ipsas alio ordine interponi posse prorsus sit impossibile.

§3. Definitio. II.

Terminus est, quod alicujus extremum est, seu ubi id, quod hactenus ponebatur, desinit et cessat, vel incipit, quod antea non erat.

§4. Definitio III

Congruere dicuntur, quorum iidem esse possunt Termini et Congruentia est Coincidentia Terminorum.

§5 Scholion

Quae dici poterant de Congruentia omnia vid: in Isaac. Barrow: Lectionum Mathemat. 3tia Antiblos.

§6 Definitio IV.

Punctum est, quod quaquaversum seipsum terminat seu quod non habet Terminos alios a se distinctos, ſeu cum Euclide: Punctum eſt, cujus pars nulla eſt.

§7 Corollarium

Ergo punctum omne alteri cuicunque congruit.

§8 Scholion 1.

Punctum Geometricum nec pingere poſsumus, nec imaginationi exhibere, ſed ſola mentis abſtractione concipitur. Opus tamen eſt hac definitione ne ſcilicet in Geometrica praxi punctum pars lineae exiſtat id quod ſummo ſtudio cavendum, uti quidem patebit inferius.

§9 Scholion 2.

De Definitionibus Puncti Lineae ſuperficiei atque ſolidi Geometricis noſtris, non noſtro demum, ſed jam antiquioribus ſeculis diſputatum eſt, agmen ducente Sexto Empirico circa ſeculi III. initium celebri, in notiſsimo, quod contra Mathematicos et Scepticos inſcripſit, opere. Calculos ipſi ſuos adjicientibus Hen. Cor. Agrippa de Vanit. Scient. c. 11 ſqq Fr. Verulamio de Dignit. et Augm. Scientiarum L. III. c. 6. Joh. Clerico in Logica P. III. c. 12 et Auctore Artis cogitandi P. IV. c. 4 ſqq Joh. Chr. Meingio in diſs. de Non-Ente Mathematicorum Puncto, ſuperficie et corpore Lipſ. 1710. Chr. Thomaſio in Cautelis circa Praecognita Juris prudentiae Cap XI. Enimvero, quemadmodum Sexti dubiis praeter Carolum Renaldinum in Arte Mathematum analytica, paulo infelicius refutationis onus ſuſcipientem Guil. Langius de Veritatibus Geometricis tractatu rariſſimo Hafn. 1656. 4 abunde ſatis fecit, ita hoc aevo idem ſaxum

Joh. Friedr. Weidlerus in Diss. Vindiciæ Mathematum contra quorundam Philosophorum maxime H. C. Agrippæ F. Verulamii Joh. Clerici et Auct. Artis cogitandi objectiones Witteb. 1713 et in Programmate inscripto Mathemata adversus celeberrimi D. C. Thomasii Objectiones vindicata ibid. 1715. Joh. Petr. Reuschius in Vindiciis certitudinis Mathematum adversus Illustr. Thomasii Cautelas Jen. 1718. 4. Joh. Mathias Hasius in Dissert. de Philo Mathematico Witteb. 1727 studio et accuratione maximis volventes, quæ objici poterant omnia felicissime sustulerunt. Add. Krügers Anmerkungen über des Herrn von Wolfs Geometrie. §§ et Bellnagels ausführliche Erläuterung über des Herrn von Wolfs Arithmetik Geometrie und Trigonometrie.



§10. Definitio V.

Linea deſcribitur, ſi Punctum A ad alterum B movetur.

§11 Corollarium.

Quia punctum nullas partes habet §6. linea nec lata eſſe poterit nec profunda in ſolam tantum longitudinem exporrecta ſ. extenſa.

§12. Definitio VI.



Linea recta A B eſt cujus pars quecunque toti ſimilis.

§13. Scholion.

Linea motu ſ. fluxione puncti unius ad alterum deſcribitur §10. quia itaq; pars quæcunq; rectæ lineæ ſimilis dicitur toti facile apparet motum puncti deſcribentis in omnibus lineæ partibus eundem eſſe debere, ſecus enim ex motus diverſitate agnoſcerentur i.g.c.h.s. definit. Quia vero motus differe nequit, niſi vel celeritate, vel directione celeritas autem ad deſcriptionem nihil con fert ſola directionis ratio habenda; hinc linea recta deſcribitur, ſi punctum A verſus alterum D eadem Directione fluat ſ. moveatur.

§14 Definitio VII.

Linea curva eſt, cujus partes diſſimiles Toti

§15 Scholion.

Notanda ſunt merito ad hanc definitionem § antec: monita. Quodſi vero utraque Definitio ob ſimilitudinis notionem obſcurior forte videatur Euclideam adferre lubet hujus tenoris: Recta Linea eſt, quæ ex æquo ſua interjacet puncta, h.e. in qua nullum punctum intermedium ab extremis ſurſum vel deorſum huc atque illac deflectendo ſubſultat in qua denique nihil flexuoſum reperitur. Repræſentat rectam ejusmodi optime filum ſuma vi extentum, in eo enim omnes mediæ partes cum extremis æqualem ſitum obtinent cf Clavius in Coment Eucl. p.m. 8. Hinc quid Curva ſit, facile colligitur. Eadem ſignificatione Plato, Rectam definit eſse illam cujus extrema obumbrant omnia intermedia, et Archimedes, eſse omnium linearum eosdem terminos habentium minimam ſ. breviſsimam quæ inter duo puncta duci poſsit.

§16. Definitio VIII.

Metiri idem eſt, ac Quantitatis pro Unitate aſsumta rationem ad aliam exprimere, indeque menſura dicitur Quantitas Unitatis loco aſsumta.

§17 Definitio IX.

Superficies eſt magnitudo duabus dimenſionibus prædita ſ. in Longitudinem et Latitudinem extenſa.

§18. Definitio X.

Superficies plana s. Planum est, quod ex æquo suas interjacet lineas vel si e quovis Perimetri puncto ad quodvis ejusdem rectam in eadem ducere licet.

§19 Definitio XI.

Est autem Perimeter continuum quo aliud continuum terminatur.

§20 Definitio XII.

Figura est continuum Perimetro terminatum.

§21. Definitio XIII.

Figura rectilinea est, cujus Perimeter ex Lineis rectis. Curvilinea cujus Perimeter ex curvis; Mixtilinea cujus Perimeter ex Lineis partim rectis partim curvis constat.

§22. Definitio XIV.

Latus est linea, quæ est pars Perimetri, figuræ superficialis. ~~[illegible]~~



§.23. Definitio XV.

Circulus est figura plana, linea in se
redeunte terminata, ex cujus sing
lis punctis ductae rectae AC, DC, B
ad punctum intermedium C, Centrum sunt inter se
aequales
lineam in semet redeuntem Peripe
riam Vel
Circulus describitur ex Motu rectae
circa punctum fixum C.

§24 Definitio XVI.

Chorda s. subtensa AF, DG, HQ. est
Recta a Peripheria ad Peripheriam
ducta.



§25 Definitio XVII.

Diameter AF est Chorda per cen-
trum transiens, ejus dimidium
AC, CF, vel recta ex Centro ad Peri-
pheriam ducta, dicitur Radius

§26. Corollarium.

Hinc ejusdem vel aequalium Circu-
lorum Radii sunt inter se aequa
les. Dicimus autem Circulos

æquales, radiis æqualibus descriptos.
peri. Definitio XVIII.
Arcus et AD, DF, FA, est pars quanta-
libet Peripheriæ.
Gradus autem pars 360ma Peripheriæ. Mi-
nutum primum pars 60ma Gradus
Minutum secundum pars 60ma Minu-
ti primi et ita deinceps.

§28 Scholion

Facile apparet, cum cujusvis Cir-
culi Peripheria in 360 Gradus habe-
t, Gradus Circuli majoris majo-
res fore, Gradibus Circuli mino-
ris; Dicuntur autem Circuli ma-
jores minoresque radiis majoribus
itque minoribus descripti.

§29. Definitio XIX.

Linea AB secat aliam CD in E si
eam dirimat in partes cis et
ultra sitas

§30. Definitio XX.

Angulum dicimus duarum re=

ctarum et AB et BC in puncto B co
currentium mutuam inclination
Lineæ AB, BC, crura: B autem h.
Concursus Punctum Vertex Angu
audit.

§31 Hypothesis 1.

Angulus hic, vel una tantum liter
Vertici adscripta, vel minuscula
eidem inscripta, vel si plures An-
guli fuerint in eodem vertice conc-
currentes, evitandæ confusioni
causa tribus literis significat
ea tamen lege, ut Vertici adscrip-
ta medio semper loco ponatur. Sic
ut Angulus x in quæstionem venit
F. medium locum occupabit scri-
bendo: DFB vel BFD si Angulus y,
BFQ vel QFB.



§32 Hypothesis 2.

Aliquando Anguli signum erit:
∠ v.c. de angulo x demonstraturi
quidpiam scribemus: ∠x aut ∠DFB.

§33 Definitio XXI.

Mensura Anguli DAE est Arcus DE, Radio prorsus arbitrario AE intra ura illius AE, et AD descriptus.



§34 Definitio XXII.

nguli contigui sunt FGH. et HGI quorum idem est Vertex G et unum rus G.H. commune.

§35. Definitio XXIII.

Recta Linea AD, DE in directum sita dicuntur si eiusdem rectae AE partes xistant.



§36. Definitio XXIV.

ngulus deinceps positus AEC, est qui fetur Li DEA crure uno ED in C roducto s. g. i. e. in directum posito.



§37 Corollarium

nguli deinceps positi sunt quidem ntigui §34 sed non contra.

§38. Definitio XXV.

ngulus rectus KLM. est cui Angulus deinceps positus KLN. est aequalis.







§.39. Hypotheſis 3.

Brevitatis cauſa in Demonſtra
nibus Anguli recti ſignum merito
ſpide quidem Angulum KLM ſo
bemus: $\angle KLM = R$.

§40 Definitio XXVI.

Angulus obliquus AEC et AEF. eſt
cui deinceps poſitus eſt inæqualis
Et in ſpecie:
Angulus acutus AEC. obliquus mi
nor Recto DEC.
Angulus obtuſus AEF obliquus ma
jor Recto DEF. dicitur.

§41 Definitio XXVII.

Anguli verticales o et x item u et z
ſunt, ſi crura unius in directum
ſita ſunt in directum, cruribus al
rius np. crura $\angle$li o AE, et EC crura
$\angle$li x np. DE, BE.

§42 Definitio XXVIII.

Si Lineæ S.T duæ aliæ OA et RB
a diverſis plagis O et R et in div
ſis punctis A et B occurrant, Angu

quos cum ea efficiunt x et y, dicuntur alterni.

§ 43 Definitio XXIX.

Si vero Linea ST duo alias AB et DR itidem in diversis quidem punctis A et D, sed ab eadem plaga B et R occurrant; Anguli, quos cum ea efficiunt z et y dicuntur oppositi; et in specie dicitur u oppositus externus, z vero oppositus internus ipsius y.

§ 44. Definitio XXX.

Linea KL dicitur normalis aut perpendicularis ad alteram si cum ea efficiat Angulum rectum.

§ 45 Corollarium

Quodsi igitur KL ad ML fuerit normalis anguli ad L deinceps positi sunt aequales § 38.

§ 46 Hypothesis 4.

Normalem unam ad alteram significabimus: ⊥ vel ⅃ : v. c. LK ad LM normalem scribemus LK ⊥ ad LM.

§47 Definitio XXXI.
Distantia est linea brevissima inte
duo h.e. data puncta.



§48 Definitio XXXII.
Linea OP parallela dicitur alter
QR, si eandem ubiq; ad alteram d
stantiam servet.

§49 Hypothesis 5
Parallelismum rectarum signi
cabimus h.m. = &c. si OP parallel
fuerit ipsi QR. scribemus: OP = Q



§50 Definitio XXXIII.
Lineae convergentes TO et VQ s
quarum distantiae lm, cq, bd conti
fiunt minores.

§51 Definitio XXXIV.
Lineae autem divergentes O
QV. sunt, quarum distantiae b
cq, lm, continuo fiunt majores.

§52. Scholion
Quae §§ antecedentibus de signis
allata fuerunt ex Th. Backeri cla
ve Geometrica Catholica Lond

b84. 4. Lat, et arg. s. edita maximam partem desumta sunt.

§53 Definitio XXXV.

Triangulum ABC est figura tribus lineis terminata.



§54 Scholion.

Quoniam in Geometria elementari versamur, quæ nullam curvarum excepto circulo admittet, facile colligitur §53. Triangulum rectilineum intelligi, id quod et in reliquis tenendum, ubi figurarum Geometriæ elementaris definitiones tradentur.

§55 Definitio XXXVI.

Triangulum æquilaterum GDE est cujus singula latera æqualia.



§56 Definitio XXXVII.

In genere figuram æquilateram dicimus, cujus omnia latera sunt inter se æqualia.

§57 Definitio XXXVIII.

Triangulum æquicrurum vel Isosceles est MDK, cujus duo latera MD et MK sunt æqualia.







§58 Definitio XXXIX.

Triangulum Scalenum est cujus
singula Latera sunt inaequalia.

§59 Definitio XL.

Triangulum Rectangulum KAD
est cujus ∠lus K Rectus est.

§60 Definitio XLI.

Hypothenusa AD est Latus ∠li Rec
oppositum.

§61 Definitio XLII.

Cathetus autem AK aut KD latus
cum latere KD aut AK rectum effi
ciens ∠lum dicitur.

§62 Definitio XLIII.

Reliquum tandem Latus KD aut
basis est.

§63 Definitio XLIV.

Est autem basis in genere pars
ima perimetri figurae cujuslib

§64 Scholion.

Scilicet basis cum sit in genere
pars ima perimetri figurae §63
situs autem figurae ipsi non sit
essentialis, Cathetus et basis Tri

nguli rectanguli relative dicuntur.

§ 65 Definitio XLV.

Triangulum obliquiangulum est cujus singuli anguli sunt obliqui in specie autem.



Triangulum obtusangulum KOP in quo unus ∠lus O obtusus. Triangulum acutangulum NCF cujus singuli anguli sunt acuti.



§ 66 Scholion.

Cum in Triangulis et Laterum et Angulorum habenda sit Ratio definienda quoque erant α) respectu Laterum § 55. 57. 58. β) respectu Angulorum § 59. 65.

§ 67 Definitio XLVI.

Figura quadrilatera est, cujus Perimeter quatuor Lateribus absolvitur, et in specie rectangula dicitur, si singuli ∠li recti, obliquangula si singuli ∠li obliqui fuerint.

§ 68 Definitio XLVII.

Quadratum ABCD est Figura quadrilatera, æquilatera et rectangula.





§ 69 Definitio XLVIII.

Rhombus EFGH est figura quadri latera æquilatera, obliquangu

§ 70 Definitio XLIX.



Rectangulum s. oblongum IKLM est figura quadrilatera, rectangula latera opposita IM et KL, ut et IK et LM æqualia habens.

§ 71 Definitio L.



Rhomboides NOPQ est figura quadrilatera obliquangula latera opposita NO et PQ itemq. OP et QN habens æqualia.

§ 72 Definitio LI.



Parallelogrammum RSTV est figura, quadrilatera opposita habens parallela.



Cumq. in parallelogramo ABCD Diameter s. q. h. l. i.e. Diagonali ducta fuerit, duoq. lineæ EF et HI lateribus parallelæ secantes Diametrum in eodem puncto G ita ut Parallelogrammum ABCD

istas parallelas in quatuor distribu-
antur parallelogramma, appellantur
duo illa DG et GB per quae Diameter
non transit complementa, duo vero
reliqua HE et FI per quae Diameter
incedit circa Diametrum consiste-
re dicuntur.

§ 73. Definitio LII.

Trapezium WXYZ est figura qua-
drilatera cujus duo tantum late-
ra opposita sunt parallela WZ et XY.
Dicitur etiam Trapezium paralle-
larum basium.



Trapezoides autem ABCD est figu-
ra quadrilatera non parallelogramma



§ 74 Definitio LIII.

Diagonalis PQ est recta ex vertice
Anguli unius P in verticem alterius
Anguli Q ducta.



§ 75 Definitio LIV.

Vertex figurae M est vertex An-
guli Basi KL oppositus.



22.



§76. Definitio LV.

Altitudo figurae EH est Distantia a Vertice E ad Basin vel ipsam DN vel Continuatam DM.

§77 Definitio LVI.

Figura aequiangula est cujus singuli ∠li sunt inter se aequale

§78 Definitio LVII.

Eodem modo determinari dicuntur si data per quae unum determinatur, fuerint similia datis per quae determinatur et alterum sibi utrobique ex datis similibus per easdem regulas reliqua determinantur.

§79 Corollarium.

Quae eodem modo determinantur in iis coincidunt ea, per quo discerni debent, adeoque characteres iidem sunt ergo sunt similia §80tr

§80 Axioma.

Omnes Lineae rectae se tantum in unico puncto intersecare possunt Nec gaudent lineae segmento alio commu:

quam punctuali. Idem et de Peripheriis valet.

§ 81. Postulatum 1.

A dato puncto A ad alterum B duci possit recta linea AB.



§ 82. Postulatum 2.

Linea recta terminata CD utrinque in E et F produci possit.



§ 83 Postulatum 3.

Dato quovis centro C et radio quovis CA circulum describere liceat, adeoque et Circuli arcum.



§ 84. Theorema 1.

Diameter AE et Circulum ABEDA et Peripheriam ABEDA bifariam secat. h.e. in duas partes aequales. h.e. Dmdr: si AE fuerit Diameter p. 74. fore 1) ABECA = ADECA 2) ABE = ADE.

Demonstratio

Mbr. 1. Pars circuli ABECA determinatur Diametro AE p. 74.



Pars circuli ADECA determina
eadem Diametro AE p. H.
Ergo Partes ADECA et ADECA eode
modo determinantur §78.
Ergo ADECA ∼ ADECA §79.

Ergo
ADECA : ADECA = ADEA :
ADEDC §148 Ar.

Ergo
ADECA = ADECA §151 a 152 Ar.
Q.E. I.

Mbr II.
Pars Pphiae ADE determinatur
Diametro AE p. H.
Pars Pphiae ADE determinatur
eadem Diametro AE p. H.
Ergo ADE ∼ ADE. §78. 79.

Ergo
ADE : ADE = ADECDA : ADED
§148 Ar

Ergo
ADE = ADE §150. 152 A
Q.E. II

§ 85 Corollarium.
Hinc patet ſuper quavis recta

deſcribi poſſe ſemi circulum.

§ 86 Theorema 2.

Quæ ſibi mutuo congruunt ea 1) æqualia et 2 ſimilia ſunt.

Demonſtratio.

Mbr. 1.

Quæ ſibi mutuo congruunt, eorum iidem termini eſſe poſſunt § 4. Termini autem iidem ſalva quantitate ſubſtitui poſſunt § 3 Arithm. Quæ vero ſalva quantitate ſubſtitui poſſunt æqualia ſunt § 10. Ar. Ergo Quæ ſibi mutuo congruunt, æqualia ſunt. Q.E.I.

Mbr. 2.

Quæ ſibi mutuo congruunt eorum termini æquales eſſe poſſunt § 4. Enimvero in quantitatibus continuis termini ſunt ea, per quæ a ſe invicem diſcerni debent, h.e. ſunt continuarum quantitatum characteres. Ergo, quæ ſibi mutuo congruunt, iis ea eadem ſunt per quæ a ſe invicem diſcerni debent.

In quibus autem ea eadem ſunt per quæ a ſe invicem diſcerni debent ea ſunt ſimilia. § 8 etr. Ergo quæ ſibi mutuo congruunt, ſimilia ſunt. Q.E.D.

§ 87 Corollarium.

Quod si ergo lineæ rectæ et ∠li congruant æquales ſunt. § 86.

§ 88 Theorema 3.

Quæ æqualia et ſimilia ſunt, ea ſibi mutuo congruunt.

Demonstratio

Quia ſimilia ſola quantitate differunt, ergo ſi ſimilia fuerint æqualia p. 11. prorſus amplius non differunt. Quæ autem prorſus non differunt, iisdem terminis ut comprehendantur opus eſt. Sed quæ iisdem terminis comprehenduntur congruunt § 4. Ergo quæ æqualia et ſimilia ſunt congruunt. Q.E.D.

§ 89 Corollarium 1.

Lineæ rectæ et ∠li ſi fuerint æquales congruunt § 88.

§90 Corollarium 2.

Ergo et inter duo puncta non nisi unica recta cadit, semper enim eadem recta prodit. §81.

§91 Theorema 4

Anguli Recti Mensura est Quadrans Circuli h. e.

Sit $\angle$lus o = R p H

Dico $\angle o = \frac{\text{Circulo}}{4} = \frac{LPNL}{2}$



Demonstratio

Produc LM §82 in N. Si radio quovis LM describas Semicirculum §85. 83 erit

LN = Diametro §25

et LPNL = $\frac{1}{2}$ Circulo §84 Ergo.

Mens. $\angle\angle$ o+x = $\frac{1}{2}$ Circulo §33.

Sed quia $\angle$o = R. p. H

erit $\angle o = \angle x$ §38

Mens. $\angle\angle$ o+x = Mens. $\angle\angle$ o+o §10 etc.

= Mens. 2×$\angle$o.

Mens. 2×$\angle$o = $\frac{1}{2}$ Circ. §41

Mens $\angle$ o = $\frac{1}{2}$ Circ. : 2. §43 et 38 etc.

☆ ☆

☆ ☆

= $\frac{1}{4}$ Circ. §220 etc.

= $\frac{LPNL}{2}$

Q. E. D.







§92. Corollarium

Omnes ergo ∠li Recti sunt inter se aequales, et ∠lus rectilineus aequalis Recto est Rectus. Clavius ad XII. 1 Com. Euclid.

§93 Theorema 5.

Duo Anguli qui sunt deinceps x et y vel quotcunque alii super recta eadem constituti ad eundem punctum E sunt aequales duobus Rectis. Et contra: si $x+y$ sunt aequales duobus Rectis erit CE in directum sita ipsi ED.

Demonstratio:

Mbr 1. Quod ostendendum

1) $x+y = 2R$.

2) $o+n+s = 2R$.

1) Quia $x+y$ sunt ∠∠ d.p. ptt

Ergo CE et ED in directum sita sunt §30. 35.

Descripto itaque semicirculo ex centro E. §85.

Erit Mens. ∠∠ $x+y = \frac{1}{2}$ Circ. §33

sed $\frac{1}{2}$ Circ. $= 2R$. §91

Mens ∠∠ $x+y = 2R$ §41 Ar.

Q.E.I.

2) Quia CD = rectæ p. H.
Si ex communi omnium ∠∠orum vertice E p. H describatur semicirculus §88. erit ut ante:

Mens. ∠∠∠ $o+n+s = \frac{1}{2}$ Circ. §33
Sed $\frac{1}{2}$ Circ. $= 2R.$ §91

Mens ∠∠∠ $o+n+s = 2R.$ §41 Ar.
Q.E.D.



Menbrum 2dum. Quod mdm.
Si $x+y = 2R.$
fore CD Lineam rectam.
Nam cum $x+y = 2R.$ p. H.
aut 1) ED ipsi CE in directum iacet
aut 2) ED ipsi CE non iacet in directum
Ponamus non jacere, duci itaque poterit alia recta vel
1) supra ED cadens, qualis EG
2) infra ED cadens, qualis EH
quæ sit in directum posita ipsi CE §82. Hinc erit in
Casu 1mo



$y + FEG$ ∠∠ d. p. p. H aſſ.
Ergo $y + FEG = 2R$ p. Mbr 1.
ſed $\underline{y + x = 2R}$. p. H Theor.
$y + FEG = y + x$ §41 } Ar.
∠ $FEG = x$. §43 }
I. Q. E. A. §47 Ar.

Caſu 2do:
∠∠ $y + FEH$ ſunt d. p. p. H aſſ.
Ergo ∠ $y + FEH = 2R$ p. m. 1 §39 8.
ſed $\underline{\angle y + x = 2R}$ p. H. Th.
∠ $y + FEH$ = ∠ $y + x$. §41 Ar.
∠ $FEH = x$ §43 } Ar.
I. Q. E. A. §47 }

Quare cum ſub data Hypotheſi re
neq ſupra CD neq infra CD duci pu
rit in directum cadens ſ. ſita ipſi
CE plas et 2dum. Erit omnino
D ipſa in directum ſita ipſi CE. Q. E. D.

§94 Theorema 6.

Si recta AD alteram CB ſecet
in E, ∠li verticales x et o, item
y et E ſunt inter ſe aequales.



Demonſtratio.

$x+y$ ſunt ∠∠ d. p. §36. 41.

$x+y=2R$. §93

$o+y$ ſunt ∠∠ d. p. §36: 41.

$o+y=2R$ §93

$x+y=o+y$ §41 Ax.

$x=o$ §43 Ax.

Q. E. D.



p H. dmdm:
1) $\angle x=\angle o$
2) $\angle y=\angle E$

Simili Demonſtratione evincitur.

$\angle y=\angle E$.

§95 Theorema 7.

Omnes Anguli x, y, o et E circa punctum aliquod E conſtituti ſunt æquales 4 Rectis.

Demonſtratio.

Producto crure uno alicujus ∠li dati v. c. EN. in F §82.

Erunt ∠li $FED+o+y=2R$
et ∠li $FEG+x=2R$ §93

$\angle FED+o+y+x+FEG=4R$. §42 Ax.

Sed ∠∠ $FED+FEG=\angle E$ §47 Ax

Ergo $\angle o+y+x+E=4R$. §10 Ax.

Q. E. D.



§96 Problema I

Super data Recta Linea AB term nata Triangulum æquilaterum deſcr bere.

Reſolutio.

1) Centro A radio et AB deſcribe Circu lum vel qui praxi ſufficit arcum §8

2) Centro B radio BA deſcribe æqualem §83. 26. vel arcum.

3) Junge mutuæ Interſectionis pun tum C cum A et B. §81 D. F.

Demonſtratio

AB = AC } p. C. §26.
AB = BC }

AB = AC = BC. §41 Ax.

Ergo Δlum ABC eſt æquilaterum §55. Q. E. D.

§97. Problema II



Datis duabus rectis inæqualibus AB et AC terminatis Triangulum æquicrurum deſcribere.

Resolutio.

1) Aſſumta AC baſeos loco centro A intervallo AD deſcribe Circulum vel Arcum. §83.

2) Centro C intervallo eodem interſeca priorem §83. 36. 80.

3) Junge mutuo interſectionis punctum F cum A et C §81. DF.

Demonstratio.

FA = FC. §81

Ergo Δlum FCA eſt æquicrurum §57.

Q. E. D.

§98. Problema III

Datis tribus rectis inæqualibus AD, DC, CA terminatis, quarum duæ quælibet tertia majores ſunt, ſcalenum deſcribere Triangulum.



Resolutio et Demonſtratio.

1) Aſſumta una datorum v. g. AD pro baſi, centro A intervallo AC deſcribe Circulum vel Arcum §83.

2) Centro D radio DC interſeca priorem.

3) Junctis mutuæ interſectionis punctis §81.

DF. p §58.



§99. Theorema 8.

Si in duobus Triangulis ABC et abc, Angulus unus et latera ipſum intercipientia utrumque utriusque æqualia fuerint, tota Triangula æqualia ſunt, latus reliquum reliquo, et ∠li æqualibus lateribus oppoſiti æquales ſunt.

h.e. Si in Δlis ABC, abc

1) $\angle B = \angle b$
2) $BA = ba$
3) $BC = bc$

erit 1) $AC = ac$
2) $\Delta ABC = \Delta abc$
3) $\angle A = \angle a$
4) $\angle C = \angle c$.

Demonſtratio.

Concipe Δlum unum ſuperimponi alteri, quia

$AB = ab$ p. H.

Ergo AB congruit ab. §89.

adeoque Punctum A cadit in a } 7
Punctum B cadit in b }

∠lus $B = \angle b$ } p. H. Ergo
et $BC = bc$ }

Punctum C cadit in c. §7.

Ergo $AC = ac$ §90. Q.E.I.

Tota igitur Perimeter Trianguli unius ABC congruit Perimetro Δli alterius abc. Ergo

$\Delta ABC = \Delta abc$. §86. Q.E.II.

Ergo et $\angle A = \angle a$ } 87
$\angle C = \angle c$ }

Q.E.III et IV D.

§100 Theorema 9.

Isoscelium Triangulorum ABC. qui ad Basin sunt Anguli x et y sunt inter se aequales. Et Productis aequalibus rectis AB, AC, qui sub Basi sunt Anguli CBF et BCD sunt aequales.



p.H dmdm

1) $\angle FBC = \angle BCD$

2) $\angle x = \angle y$.

Demonstratio.

In productis Lateribus AB et AC p.H. Accipe aequalia intervalla BF, CD §83. 26 Junge FC et BD. §81

Hinc quia.

$AF = AD$ p.C.

$AC = AB$ p.H.

et $\angle A = \angle A$ §40 Ax.

$$\left.\begin{array}{l}\angle ACF = \angle ABD\\ \angle F = \angle D\\ FC = BD\end{array}\right\}\text{§99}$$

Cumque $AF = AD$ p.C,

et $BA = CA$ p.H

$FB = DC$. §43. Ax.

$\angle FBC = \angle BCD$ §99 Q.E.I.

Sed et

$\angle DBC = \angle FCB$ §c.

cumque $\angle ABD = \angle ACF$ p.d.

$\angle x = \angle y$ §43 Ax. Q.E.II.D.

Paullo aliter demonstratio

$x = y$

$\angle x + FBC = 2R$

$\angle y + BCD = 2R$

$\angle x + FBC = \angle y + BCD$, §41 Ax.

sed $FBC = BCD$ p.d

$\angle x = \angle y$ §43 Ax.

Q.E.II.D.

§101 Scholion

In Triangulo autem æquicruro dicitur Latus reliquus duobus inæquale Basis

§102. Corollarium.

Cum Triangulum æquilaterum sit etiam æquicrurum §55. 57, quæ demonstravimus §100 valent etiam de æquilatero.



§103. Theorema 10.

In Triangulo æquilatero ABC omnes $\angle$li sunt inter se æquales

p. H. dmdm:

$\angle A = \angle B = \angle C.$

Demonstratio.

$AB = AC$ §55

$\angle B = \angle C$ §100. 102.

$AC = BC$. §55.

$\angle B = \angle A$. §100. 102.

$\angle A = \angle B = C$. §41 Ar.

Q. E. D.

§104. Corollarium.

Triangulum æquilaterum est etiam æquiangulum.

§105. Theorema 11.

Super eadem recta linea, duabus eisdem rectis lineis, duæ aliæ lineæ rectæ æquales, utraq; utriq; non constituentur ad aliud atq; aliud punctum ad easdem partes, eosdemq; Terminos, cum duabus initio ductis rectis lineis habentes. h.e. Interprete Clavio ad Eucl. l. 7.

"Super recta linea AB constitutæ
" ad punctum quodvis C, duas rec-
" tas AC et BC. Dico: super eandem
" rectam AB versus partem eandem
" C non posse ad aliud punctum v.c.
ad D constitui duas alias rectas lineas, quæ sint æquales lineis AC et CB utraq; utriq; np. AC ipsi AD, quæ eundem habent Terminum A; et BC ipsi BD, quæ eundem etiam Terminum possident B.



Demonstratio

Sint enim si fieri potest rectæ

$$\left.\begin{array}{l} AC = AD \\ \text{et } BC = BD \end{array}\right\} \text{p H. assumtam.}$$

Indequidem Punctum D erit

1) Vel in alterutra Rectarum AC aut CB; ita ut Recta AD in ipsam AC aut BD in ipsam CB cadat.

2) Vel intra Triangulum ACB

3) Vel extra idem Triangulum ACB.

Esto itaq; in

Casu Imo Punctum D in alterutra Rectarum AC aut CB v.g. in CA,



Ergo

AC > AD §12. 13. Ar.

Sed AC = AD p. H. ass.

f. Q. E. A. p §47. Ar.

Casu 2do

Punctum D intra Triangulum ADC

junge CD et DA §81.

et produc Latera CD, DB in E et F §82.



AD = AC p. H. ass.

Δ ADC est aequicrurum §57

∠ ACD = ∠ ADC §100

∠ ACD ∠ r. ∠lo DCE. §12 ar.

∠ ADC ∠ r. ∠lo DCE §4b ar.

Verum

∠lus CDF est pars ipsius ∠ ADC.

Ergo
∠ CDF multo minor ∠lo DCE
Porro:
CB = DB p. Hypoth.
Δ CBD eſt æquicrurum §67.
∠ DCE = ∠ CDF §100 ſed
∠ DCE > ∠ CDF p.d.
J. Q. E. A.

Eundem Angulum CDF modo minorem modo majorem eſſe alterollo DCE.

Caſu 3tio:

Punctum D extra Triangulum ABC unde quidem talem ſitum habebit ut

1) Vna linea ſuper alteram cadat ceu eſt in Figura prima, mutatis ſolummodo Literis D in C et C in D. Ex quo tamen ipſo idem Caſus 1mi abſurdum facile innoteſcat.

2) Poſteriores duæ lineæ ambiant priores duas, ut figura ſecunda tranſpoſitis duntaxat Litteris.



D in C, et C in D. Ex quo tamen et ipso in 2di Casus absurdum delabimur.

3) Altera Linea posteriorum v.c. AD secet alteram priorum v.c. BC.

Duc igitur DC § 61.

AC = AD p. H. assumtā.

ΔACD est aequicrurum § 51.

Ergo ∠ACD = ∠CDA. § 100.

Sed ∠CDA <r. ∠lo CDB. § 47. Ar.

~~Cumq.~~ ∠ACD ~~<r ∠lo~~ CDB. § 46. Ar.

Cumq. ∠BCD sit pars ipsius ACD.

Ergo ∠BCD multo minor ∠lo CDB.

Rursus cum

CB = DB p. H. ass.

adeoq. ΔCBD aequicrurum § 57.

Ergo ∠BCD = ∠CDB § 100.

Sed ∠BCD <r ∠lo CDB. p. d.

Q. E. A.



Non ergo AC = AD
et CB = DB.

quemcunque etiam punctum D ad partes ipsius C situm obtineat

Q. E. D.

§ 106 Theorema 12.

Si duo Triangula ABC, DEF habuerint duo Latera AB, AC duobus Lateribus DE et DF utrumque utrique aequalia; habuerint vero et Basin BC Basi EF aequalem: Triangula inter se aequalia sunt; et ∠li aequalibus lateribus interceptis aequales sunt.



Demonstratio.

$BC = EF$. p. H.
Ergo BC congruit EF. § 89
Est vero et $\left.\begin{matrix} AB = DE \\ AC = DF \end{matrix}\right\}$ p. H.
cadet itaque punctum A in D. § 105.
Ergo $\Delta ABC = \Delta DEF$ § 86
Ergo et $\left.\begin{matrix} \angle A = \angle D \\ \angle B = \angle E \\ \angle C = \angle F \end{matrix}\right\}$ § 87.

Q. E. D.

H. e. si in duobus Triangulis
$AB = DE$
$AC = DF$
$BC = EF$ erit
1) $\Delta ABC = \Delta DEF$
2) $\angle A = \angle D$
3) $\angle B = \angle E$
4) $\angle C = \angle F$.



§107. Problema IV

Ad datam rectam Lineam AB datumque in ea punctum A, dato ∠lo rectilineo D aequalem ∠lum rectilineum A constituere.

Resolutio.

1) Duc utcunque Rectam CF §81 Latera DE et DG secantem
2) Fac AG = DC §26.
3) super AG describe Triangulum AGN aequilaterum alteri Triangulo DCF. §98.

Dico ∠lum A = ∠lo D. Q.E.F.



Demonstratio

$$\left.\begin{array}{l} AG = DC \\ GN = CF \\ NA = FD \end{array}\right\} \text{p.C.}$$

$$\angle A = \angle D \quad \text{§10b}$$

Q.E.D.

§108 Problema V.

Propositum Angulum AB bisecare.

Resolutio

1) Ex Vertice ∠li D radio quovis describe arcum secantem crura §83 in E et F.
2) Centris E et F radio eodem, vel alio quocunque æquali tamen, fac intersectionem in D. §80.
3) Junge puncta D et D recta DD §81. D.F.



Demonstratio.

Ductis ED et DF §81

erit $ED = DF$ } p.C. §26.

$ED = DF$

et $DD = DD$ §40. Ar.

$\angle o = \angle y$. §106.

Verum $\angle o + y = \angle D$. §47. Ar.

Ergo $\angle o + o = \angle D$. §10 Ar.

h.e. $2 \times \angle o = \angle D$

adeoque $\angle o = \frac{1}{2} \angle D$. §45. Ar.

Q.E.D.

§109. Scholion.

Eodem artificio ∠lus propositus in quatuor, octo, sedecim, æquales partes secabitur, np. bisectum bisecando, bisecti bisectum bisecando etc. Methodus autem Regula et Circino ∠lum secandi in imperatas partes quotcunque hactenus Geometras latuit!

§110. Theorema 13.

Si Trianguli aequicruri ABC Angulum A bisecet basi oppositum recta AD, secante et basin BC



Dico: 1) $\triangle ABD = \triangle ACD$
2) $BD = DC$
3) $AD \perp$lem ad BC.

Demonstratio.

$\angle o = \angle u$ p. H.
$BA = AC$ p. H. §57.
$AD = AD$ §40 Ar.

$\triangle ABD = \triangle ADC$ §99.
$BD = DC$. §c
Q. E. I. et II.
cumque et $\angle x = \angle y$ §c.
Ergo $AD \perp$ ad BC. §44. 38.
Q. E. III. D.

§111. Corollarium.

Valet etiam Theorema demonstratum de Triangulo aequilatero.

§112 Problema VI.

Rectam AB bifariam secare atq; in eius medio h. e. bisectionis puncto perpendiculum excitare.

Resolutio 1.

1) Super AB describe radio arbitrario Triangulum æquicrurum ABC §97.
2) Oppositum basi ∠lum C biseca recta CD secante AB basin §108.

Dico CD ⊥lem ad AB } §110.
et AD = DB

Q. E. F. et D.



Resolutio 2da.

1) Radiis arbitrariis, sed iisdem Centris A et B fac intersectiones in C §83.
2) Centris iisdem A et B radiis iisdem vel aliis æqualibus tamen fac intersectiones in E &c.

Duc Rectam CE §81. Dico
1) AF = FB
2) CF ⊥ ad AB.

Q. E. I.

Demonstratio

Junctis A et C, A et E, D et C §81.

erit $\left.\begin{array}{l} AC = CD \\ AE = ED \end{array}\right\}$ §26.

$CE = CE$ §40. At

$\angle o = \angle x$ §106.

D Sed $AC = CD$ §26.

$\left.\begin{array}{l} AF = FD \\ CF \perp ad AD \end{array}\right\}$ §110.

Q. E. D.

Resolutio 3.

Quod ſi non ſuffecerit interſectionib
in ſpatium

1) Factis uti Nbr. 1. Resolutionis 2do
Centris A et D intersectionibus in C
2) Radiis aliis æqualibus tamen ad pa
tes ipſius C facias alias intersection
centris iisdem A et D in F. §83.
3) Applicata in C et F Regula ducta
tam CF producendam ad AD in D
§81. 82. Dico:

1) AD = DD.
2) CD ⊥lem ad AD.



$AC = CB$ } §26
$AF = FB$ }
$CF = CF$ §40 Ax.

$\angle o = \angle u$ §106
$AC = CB$ p.d.

$AD = DB$ }
$CD \perp$lis ad AB } §110

Q.E.D.

§113 Theorema 14.

Si Trianguli ABC latus unum CA aut BA continuetur in D aut H erit ∠lus externus DAB major quolibet opposito interno B vel C.

Demonstratio.

Bisecto latere BA §112 duc CF §81. producendam ut FG = FC §82.26. junge AG §81. Quia

$FG = FC$ p.c.
$FA = FB$ p.c.
$\angle o = \angle x$ §94

$\angle y = \angle B$ §99
Sed $\angle y+n > \angle$lo y §47 }
Ergo $\angle y+n > \angle$lo B §46 } Ax:
$\angle y+n = \angle$lo DAB §47 }

$\angle DAB > \angle$lo B §46 Ax.
Q.E.I.



Porro
eadem, ut ante ratione, AC bifariam
seca in I §112. duc IK §81. producendam
§82. ut $IK = IB$. §26. tandem duc
AK §81.

Quia $BI = IK$ p. C.
$CI = IA$
et $\angle i = \angle u$ §94

Ergo $\angle C = \angle IAK$ §99.
$\angle IAK + KAH > \angle$lo IAK. §47.
sed $\angle IAK + KAH = \angle$lo IAH. §c.

$\angle IAH > \angle$lo IAK §46 Ar.
adeoque et $\angle C < \angle$lo IAH §c.
Atqui $\angle IAH = \angle BAD$ §94.
Ergo $\angle C < \angle$lo BAD. §46. Ar.
Q.E.D.

§114 Theorema 15.
Si duo Triangula BAC et EDG dua
∠los B et C duobus ∠lis E et G aequa
les habuerint, utrumque utrique un
latus uni lateri aequale sive quod
aequalibus adjacet ∠lis B C et E G
sive quod uni aequalium ∠lorum

subtenditur, Reliqua latera reliquis lateribus aequalia utrumq utriq et reliquum ∠um reliquo ∠o aequalem habebunt.

h. e.
Si in duobus Triangulis ADC, DEG.

1) $\angle D = \angle E$	II. $\angle D = \angle E$
$\angle C = \angle G$	$\angle C = \angle G$
$DC = EG$, erit	$AD = ED$
1) $DA = ED$	1) $DC = EG$.
2) $AC = DG$	2) $AC = DG$.
3) $\Delta ADC = \Delta DEG$	3) $\Delta ADC = \Delta DEG$.
4) $\angle A = \angle D$	4) $\angle A = \angle D$.

Demonstratio.

Membrum I.

Aut $AD < DE$
Aut $AD > DE$ } § 8 Arit.
Aut $AD = DE$

Ponamus I. si fieri possit.
$AD < DE$.
Ergo pars ipsius DE aequalis erit toti AD § 12 Ar. Esto illa EH duc HG § 81

Erit itaq $AD = EH$ p. Hyps.
sed $DC = EG$. p. Hyp.
et $\angle D = \angle E$ p. eand.

$\angle C = \angle HGE$ § 99.
sed $\angle C = \angle G$ p. Hyp.

$\angle G = \angle HGE$ § 41 Ar.
J. Q. E. A. per § 47. Ar.





Ponamus 2. ſi fieri poſſit

$AB > DE.$

Abſciſſa radio DE ex AB parte BF ductaq. FC § 81 erit

$BF = ED$ § 26

quia $\left.\begin{array}{l} BC = EG \\ \text{et } \angle B = \angle E \end{array}\right\}$ p. Hθ

$\angle FCB = \angle G$ § 99

sed $\angle C = \angle G$ p. Hθ

$\angle C = \angle FCB$ § 41 Ar.

ſ. 2. C. A. § 47. Ar.

Quare cum ſub data Theorematis Hypotheſi fieri non poſſit

vel $\left.\begin{array}{l} AB < DE \\ \text{vel } AB > DE \end{array}\right\}$ pd.

Ergo utiq. $AB = DE$. § 39. Ar.

Q. E. I.

Ergo Pct. D cadit in A. § 89

Sed et $BC = EG$. p. Hθ

Ergo Pct. G cadit in C. &c

$AC = DG$ § 90

Q. E. II.

Tota igitur Perimeter Δli EDG cadit in totam Perimetrum Δli AB.

Δlum ADC = ΔEDG. §86

Ergo et $\angle A = \angle D$ §87

Q. E. [illegible] D.

Membrum 2.

Aut DC $\angle$ EG
Aut DC $\urcorner$ EG } §39 Ar
Aut DC = EG

Ponamus 1. DC $\angle$ EG.

Abscissa radio DC parte EI ex EG

erit DC = EI. §26

Ductaq. DI. §81

Quia AD = ED p. H. θ
DC = EI p. C. H. θ
$\angle D = \angle E$ p. H. θ

$\angle C = \angle x$ §99.
Sed $\angle C = \angle G$. p. H. θ

$\angle G = \angle x$. §41 Ar

I. Q. E. A. per §113.



Ponamus 2° $DC > EG$
Fiat $DN = EG$ §26
Junganturque AN §81
Erit itaque $DN = EG$ p. C.
Sed $AD = ED$ p. Hyp.
$\angle D = \angle E$ p. eandem

$\angle y = \angle G$ §99.
Sed $\angle C = \angle G$ p. Hyp.

$\angle y = \angle C$ §41 Ar.
s. Q. E. A. p. §113.
Quare cum neque $DC < EG$
neque $DC > EG$
Ergo omnino $DC = EG$. §59 Ar.
Q. E. I.
Reliqua demonstrantur, uti Membra
Q. E. D.

§115. Theorema 16



In omni Triangulo ADC latus majus AC opponitur $\angle$lo majori D latus autem minus AD $\angle$lo minori C. Et contra: In omni $\triangle$lo ADC major $\angle D$ opponitur lateri majori AC minor $\angle C$ minori AD

Vel cum expressa Hypothesi. Si detur in quopiam Triangulo ABC latus majus AC opponitur illud ∠lo majori B minus autem AB minori ∠lo C. Et contra: Si detur in quopiam Triangulo ABC major ∠ B opponitur ille lateri majori AC.



Demonstratio

Latus AC $>$ AB p. H.

Fac AD $=$ AB §26.

Junge BD §61.

Ergo Δ ABD est æquicrurum §57

Ergo $\angle o = \angle x$ §100

Sed $\angle o >$ ∠lo C §113

$\angle x >$ ∠lo C §46 Ax.

Sed $\angle B = x + y$ §47 Ax.

∠B multo $>$ ∠lo C.

Q.E.I.

$\angle B >$ ∠lo C p. H.

Hinc, si non sit AC $>$ AB erit

vel 1) AC $=$ AB }
vel 2) AC $<$ AB } §81 Ax.

Supponamus 1) AC $=$ AB

Ergo $\angle B = \angle C$ §100

S.Q.C.H. quo ∠lum majorem B supponit

Supponamus 2. AC $<$ AB

Ergo $\angle C >$ ∠lo B p. M.

Verum et hoc contra Hypothesin, quæ majorem esse ∠lum B statuit altero C.

Quare cum non sit

vel 1) AC $=$ AB }
vel 2) AC $<$ AB } p. d.

erit AC $>$ AB §39 Ax.

Q.E.D.



§116. Theorema 17

In omni Triangulo ABD duo latera AD et DB ſimul ſumta tertio AB ſunt majora

Demonſtratio

Produc AD in C uſque donec DC = DB. Hinc quia AC = AD + DC erit AC = AD + DB. §10 Ar.

Duc BC §81 Ergo △ BDC eſt aequicrurum §57.

Ergo ∠y = ∠C. §100

Sed ∠C $<$ ∠lis x+y §47 Ar.

Ergo AB $<$ AC §115.

Sed AD+DB = AC p. d.

BA $<$ AD+DB §46 Ar.

Q. E. D.







§117. Problema VIII

Datis duobus Lateribus AB, BC una cum ∠lo intercepto x Triangulum conſtruere.

Reſolutio et Demonſtr.

1) Aſſumto latere uno datorum v. c. AB pro baſi, ad B conſtitue ∠lum

ad §116.

Aliter

Proclo Auctore idem Theorema demonstrant Familiares Heronis et Porphyrii ut Clavius habet ad L. 1. Prop. 20 Eucl. nullo Latere producto, hunc fere in Modum.

Esto Δlum ADC: Dico

1) $DC + DA > CA$,

2) $DC + CA > DA$.

3) $CA + DA > DC$.

Demonstratio.

Diseca $\angle$lum D Recta DD secante et basin CA §108.

Hinc ob productum in Δlo ADD Latus AD in C

$\angle y > \angle$lo x. §113.

Sed $\angle x = \angle o$ p. C.

$\angle y >^{r} \angle o$ §46. A.

Ergo $CD > Cd$. §115.

Sic et ob productum in Δlo CDD Latus CD in A

$\angle z >^{r} \angle$lo o §113.

$\angle o = \angle x$ p. C.

$\angle z >^{r} \angle x$. §46. A.

C



Ergo $BA > AD$ §115

et $CB + BA > AD + CD$ §42. et

$AD + CD = AC$. §47. A.

$CB + BA > AC$. §46. A.

Simili Discursu Q.E.I.

Ex bisectis ∠lis C et A lineis secantibus et Lateribus BA atq; BC ostenditur.

et $BC + CA > BA$

et $CA + BA > BC$. Q.E.II et III D.

ato æqualem §107.
Circino cape intervallum DC et trans-
fer in DE §26.
Duc rectam AE §81. Descriptumque erit
Triangulum quæsitum.
Q. E. F. et D.

118. Theorema 18.

inea recta AD est brevissima omni-
m, quæ intra eosdem Terminos
AD continetur.

Demonstratio

Sit curva quæcunque ACD, ductis ut-
unque subtensis AC et CD §81 erit
$AC + CD > AD$ §116.
Assumtis porro punctis quibuslibet
in curva D et E, ductisque rectis AD et
DC; CE et ED §81. erit

$$\left.\begin{array}{l} AD + DC > AC \\ CE + ED > CD \end{array}\right\} \S 116.$$

$AD + DC + CE + ED > AC + CD$ §4e Ar.

Sed $AC + CD > AD$ p. d

$AD + DC + CE + ED$ multo majores AD.

Quare cum tandem subtensæ ipsi Curvæ
coincident, adparet AD esse brevissimam
earum, quæ eosdem Terminos habent. Q. E. D.







§119. Problema VIII

A dato super Recta AB puncto C demittere normalem CD.

Resolutio

1) Centro C radio arbitrario duc arcum GH. §83.

2) Centris G et H, radio alio eodem tamen fac intersectiones in E. §c.

3) Duc, applicata in punctis E et C regula, rectam DE. §81 D. F.

Demonstratio.

Duc CG, CH, HE, GE. §81.

$$\text{Quia } CG = CH \left.\begin{matrix}\\\end{matrix}\right\} §26$$

$$GE = EH$$

$$\underline{EC = EC.} \ §39.\ Ar.$$

$$\angle o = \angle u \ §106.$$

$$\text{sed } GE = EH.\ §26.$$

$$\text{et } \underline{ED = ED.} \ §39\ Ar.$$

$$\angle y = \angle x \ §99.$$

Ergo et y et x = R. §38.

adeoque CD ⊥ ad AB. §44. 46.

Q. E. D.

no Problema IX

Ex dato in Recta AB puncto D normalem excitare.

Reſolutio

Ex dato puncto D arbitrario radio fac, interſectiones in AB, E et F. §83.

alio radio arbitrario, ſed eodem Centris E et F fac interſectiones in C §c.

Duc CD §81.

D. F.



Demonſtratio

Ductis CE et CF. §81.

erit $CE = CF$ } §26
$ED = DF$ }
$CD = CD$ §39 Ax
$\angle y = \angle x$. §10b.

Sed $\angle\angle$ y et x ſunt d. p. §36

Ergo et $\angle y$ et $\angle x = R$ §33.

Ergo CD ⊥lis ad AB. §44. 46.

Q. E. D.

§121 Scholion

Diximus in recta excludendo extremum, quo de casu infra specialibus Problematibus agetur.

§122. Theorema 19

Ab uno puncto H ad eandem rectam LM, non nisi unica normalis HJ duci potest.

Demonstratio



Ducatur si fieri possit adhuc alia normalis HK ad LM, et erit

$\angle o = R$. §44

Sed et HJ ⊥lis ad LM. p. H.

Ergo et $\angle x = R$. §c

$\angle o = \angle x$. §92.

Verum $\angle x$ $\angle r$ $\angle o$ §113.

Ergo Recti sunt inaequales

J.Q.E.A. per §92.

§123. Theorema 20

Linea normalis HJ est brevissima omnium quae ex eodem puncto H ad eandem rectam LM duci possunt.

Demonstratio.

HJ ⊥lis ad LM p. H.

rgo $\angle x = R$. §44.

Et $\angle y = R$. §c. et 38.

$\angle x = \angle y$ §92.

ed $\angle y$ >r ∠lo L. §113.

rgo $\angle x$ >r ∠lo L. §46 bctr

rgo HL > HJ. §115. Q. E. D.



§124. Corollarium 1.

rgo distantia puncti a Linea vel Plano est recta ab illo puncto ad Lineam el Planum normalis §47.

§125. Corollarium 2.

i Linea HJ fuerit ipsi KL parallela erunt perpendicula quovis ex illa in hac demissa. GE, AD, DC inter se æqualia §48.



Et contra

Si Perpendicula fuerint æqualia Lineæ ipsæ sunt Parallelæ.



§126. Corollarium 3.
Altitudo Figuræ est normalis ex Vertice in Basin demissa. §116.

§127. Corollarium 4.
Hinc etiam in Triangulo DKC qua K = R §59 Catheti DK vel KC adeo sunt invicem normales §94. Assumta itaque KC pro Basi erit D vertex §116 et altitudo DK §126.

§128. Corollarium 5.
Idem eodem modo et de Quadrato et de Rectangulo ostenditur.

§129. Theorema 21.
In duobus Triangulis rectangulis si Hypotenusæ et Catheti æquales fuerint.

1) Triangula ipsa sunt æqualia
2) Bases.
3) Anguli æqualibus lateribus oppositi sunt æquales.

Demonstratio



Ponamus Triangulum abc super imponi alteri ADC, hinc quia

$AD = ab$ p. H.

rgo Petm a cadit in A. §89.

Petm b cadit in D §c.

ac radio $bc = DC$ p. H. centro.

arcum Gel. §83. quia et

$\angle a = \angle A = R$. p. H et §92.

ac. cadit AC §89.

ndequidem ob duarum linearum uni-cam solummodo intersectionem punctualem §80:

Petm. c. cadit in C §71. sed

$\left.\begin{array}{l}\text{Petm a . . . . . in A}\\ \text{Petm b . . . . D}\end{array}\right\}$ p.d.

rgo tota Perimeter Δli abc cadit in totam Perimetrum Δli ADC

rgo Δlum abc = Δlo ADC. Q. E. I.

$ac = AC$

$\left.\begin{array}{l}\angle b = \angle D\\ \angle c = \angle C\end{array}\right\}$ Q. E. III. et IV. D. §c.

§130. Scholion.

Valet etiam Theorema de Triangulis obliquangulis, si praeter Latera $AC = ac$ et $AD = ab$ fuerit $\angle C = \angle c$.



§131. Problema X.

Cum data recta AB ducere parallel lineam CD.

Resolutio.

1) Assumtis in Recta AB duobus vel pluribus punctis e, i, erige ex iis normales eG, iH. §120.
2) Excitatas fac ęquales §26.
3) Per puncta G et H duc rectam CD §81. 82.

D. F.



Demonstratio.

Est enim $eG = HI = \perp li$ p. C.
Ergo AB ≈ CD §.125. Q. E. D.

§132. Theorema 22.



Si duas Parallelas AB, CD secet tr versa EF, erunt

1) Anguli alterni ęquales $x = y$
2) Angulus externus o ęqualis interno opposito y. $o = y$.
3) Duo ∠li interni oppositi $u + y$ ęquales duobus Rectis. $u + y = 2R$

Demonstratio

Demitte ex Inp. puncto Intersectionis Parallelo unius AB atq transversa EF ⊥lem IK. §119

Excita ex Gnp. Puncto Intersectionis alterius Parallelo CD & transversa EF ⊥lem GH. §120.



Quia $AB \approx CD$ p. H.

Ergo $HG = IK$ §125

$IG = IG$ §40 Ar.

$\angle z = \angle s$. §92.

$\angle x = \angle y$ §129.

Q.E.I.

$\angle x = \angle o$ §94.

Sed $\angle x = \angle y$ p.d.

$\angle o = \angle y$ §41 Ar.

Q.E.II.

$\angle o + u = 2R$. §93.

Sed $\angle o = \angle y$ p.d.

$\angle u + y = 2R$. §10 Ar.

Q.E.III.D.



§133. Theorema 23.

Si duas Lineas AB et CD secet transversa EF in I et G, ita ut vel
1) Anguli alterni aequales
2) $\angle o = \angle x$.
3) $\angle u + x = 2R.$ erunt,
Lineae AB et CD parallelae

Demonstratio

Ex I demitte normalem IK. §119.
fac IH = KG. §26.
duc HG. §81.

Quoniam $y = x$ p. H.
et IG = IG. §40 Ar
et IH = KG p. C.

Ergo IK = HG. §99.
et $\angle s = \angle z$ §c.
sed $\angle s = R.$ p. C. et §274

Ergo $\angle z = R.$ §92.
Ergo HG ⊥lis ad AB. §44
adeoque CD ≈ AB. §125.

Q. El.

$\angle o = \angle x$ p. H.
$\angle o = \angle y$ §94.
$\angle x = \angle y$. §41. Ar.
Ergo $AB \simeq CD$ per Casum I

Q. E. II.

$u + x = 2R$. p. H.
$o + u = 2R$. §93.
$u + x = o + u$ §41. Ar.
Ergo $\angle x = \angle o$ §43. Ar.
Ergo $AB \simeq CD$. per Casum II.

Q. E. III. D.

§134. Theorema 24.

Si duae Lineae AB et CD fuerint parallelae eidem tertiae EF et inter se sunt parallelae.

Demonstratio.

Ducta utcunque transversa GH. §81.
Quia $AB \simeq EF$ p. H.
Ergo $\angle o = \angle u$ §132. Mbr. 1.
Sed et $EF \simeq CD$ p. H.
Ergo $\angle u = \angle x$. §132. Mbr. 2.
$\angle o = \angle x$ §41. Ar.
Ergo $AB \simeq CD$. §133. Q. E. D.



h. e.
Si $AB \simeq EF$
et $CD \simeq EF$ Dico
$AB \simeq CD$.

§135. Problema XI

Per datum punctum A cum Recta AD ducere parallelam.

Resolutio et Demonstratio.

1) Per A et rectam AD duc utcunque transversam EF. §81.

2) Ad A fac $\angle$lum $o = \angle y$ §107.

3) Per G et A duc rectam NG §81.82 quae erit Parallela alteri AD §133.

Q. E. F. et D.

§136. Theorema 25.

Si HI fuerit parallela cum KL et AD normalis ad KL erit eadem DA ⊥lis ad HI.

Demonstratio.

Fac ED = DD. §26.
et excita ⊥les GE et CD ex E et D. §120. Quia.

$HI \approx KL$ p. H.
Ergo $GE = CD$ §125
$ED = DD$ p. C.
$\angle s = \angle u$ §44.92.

$DG = DC$ } §99.
et $\angle y = \angle z$ }

Verum AD $\perp$ ad KL. p. H.

Ergo $\angle o+y = R.$ §44.

$\angle o+y = x+z$ §38.

Sed $\angle y = \angle z$ p. d.

Ergo $\angle o = \angle x.$ §43. Ar.

cumque AD = AD §40. Ar.

$\angle m = \angle n$ §99.

Sed $\angle m$ et n sunt $\angle$ d. p. §36.

Ergo $\angle m + n = 2R$ §93.

adeoque $2 \times \angle m = 2R.$ §10. Ar.

et $\angle m = R.$ §45. Ar.

Ergo AD $\perp$lis ad HI §44.

Q. E. D.

§137. Theorema 26.

Perpendicula GE et AD aequales Parallelarum QS. et MN. partes GA et ED intercipiunt.

Demonstratio.



QS. $\simeq$ MN p. H.

Duc GD. §81.

Quia AD et GE. $\perp$les ad QS. et MN p. H.

Erit $\angle E = \angle A$ §44. 92. 136.

GE = AD. §125.

GD = GD §40.

GA = ED. §129. Q. E. D.

§138. Theorema 27.

Si duae Lineae EG et AD fuerint normales ad eandem tertiam HJ. sunt illae inter se parallelae.



Demonstratio

$GE \perp$ ad AD. p. H.

$\angle EGA = R$. §44.

$DA \perp$ ad HJ. p. H.

$\angle GAD = R$. &c.

$\angle EGA + GAD = 2R$ §42. Ar.

$EG \approx DA$. §133. Q.E.D.



Aliter

Fac $AD = EG$. §26.

Duc KL per E et D. §81.82.

itemque GD. §81

∠ Quia $HJ \approx KL$. §125.

ergo $ED = GA$ §137.

sed $DG = DG$ §39. Ar.

et $GE = AD$. p. C.

Ergo $\angle x = \angle y$. §106.

Ergo $GE \approx AD$. §.133. Q.E.D.

§139. Theorema 28.

Parallelo DF et GA inter easdem Parallelas FA et DG sunt œquales.

Et contra

Si DF et GA sunt œquales et parallelæ erunt etiam FA et DG parallelæ et œquales



Demonstratio.

Mbr. 1. Duc. DA. §81.

Quia DF $\approx$ GA p. H.

∴ $\angle o = \angle y$. §132.

Sed et AF $\approx$ DG. p. H.

∴ $\angle y = \angle x$. §c.

AD = AD. §39. Ar.

DF = GA. §114. Q. E. 1.

h. e.

1) Si DF $\approx$ GA et FA = atq $\approx$ DG

Dico DF = GA.

2) DF = atq $\approx$ GA

Dico AF = et $\approx$ DG.

Aliter

Duc DA. §81.

Quia AF $\approx$ GD. p. H.

$\angle x = \angle y$. §132.

Sed et AF = GD. p. H.

et DA = AG. §99 Q. E. 1.

Mbr 2. DF $\approx$ GA p. H.

Ergo $\angle o = \angle u$ §132.

DF = GA. p. H.

DA = DA §39. Ar.

FA = DG. §99.

cumq. $y = \angle x$ §c.

Ergo FA $\approx$ DG. §133.

Q. E. II. D.

§140. Theorema 29.

Si recta NO secat duas rectas alias AG et DE in C et Q ita ut duo ∠li interni oppositi HCO et DQN majores fuerint duobus Rectis, lineae AG et DE versus illam plagam divergunt.

Demonstratio.

$\angle\angle$ HCO + DQN $>$ res 2R. p. H.

Ergo AG non est $\eqsim$ cum DE. §132.

Per C. age AD $\eqsim$lam cum DE. §135.

Ergo $\angle$ ACO + DQN $=$ 2R. §132.

Sed $\angle$ HCO + DQN $>$ 2R. p. H.

$\angle$ ACO + DQN $<$ res $\angle$ HCO + DQN. §46 Ar.

et $\angle$ ACO $<$ r. $\angle$lo HCO. §43 Ar.

Ergo AC cadit intra spatium HCD. Ex Recto HC puncto quovis S demitte normalem SP ad DE. §119. similiter ex alio adhuc puncto v.e. C demitte item CF ad DE. &c. Ergo

RP $=$ CF. §125.

SP $>$ RP. §47. Ar.

SP $>$ CF §46. Ar.

☆ ☆

Sunt autem CF et SP distantiae rectarum AG et DE. §124. eaeq. crescentes p.d. Ergo lineae AG et DE ab ea parte divergunt. §11. Q.E.D.

☆ ☆



§141 Theorema 30.

Si duas Lineas HG et DE secet transversa NO in C et Q ita ut ∠ GCO et CQN simul sumti sint duobus Rectis minores, lineæ GC et QE versus illam plagam convergunt.

Demonstratio.

Duc AB = cum DE per C §136.
Ergo ∠ BCQ + CQN = 2 R §132.
Sed ∠ GCO + CQN < 2 R p. H.
∠ BCQ + CQN > ∠ GCO + CQN subtr.
Ergo ∠ BCQ > ∠lo GCO §43 Ar. cadit
Extra spatium GCQE igitur recta CG.
Ex puncto C demitte ⊥ ad QE §119.
itemque aliam ex alio quovis recto
CG v. c. K puncto et continuandum in L §82.
Quia CF = LI §125.
et IK < LI §47 Ar.
Ergo IK < CF §46 Ar.
Sunt autem CF et IK distantiæ rectarum HG et DE §124 eoque decrescentes p. d. Ergo DE et HG sunt lineæ convergentes §50
Q.E.D.



§142. Theorema 31.

Si Trianguli cujuscunq ADC latus unum CD continuetur in D erit ∠lus externus aequalis duobus internis oppositis z et y simul sumtis.

Demonstratio.

Age per C cum AD ≈ CF §138 inde quidem 1) CA Secans Parallelas AD et FE. Ergo

$\angle x = y$ §132

2) CD Secans Parallelas AD et FE. Ergo

$\angle o = z$ §c.

$\angle x + o = \angle y + z$ §42.

$\angle x + o = \angle ACD$ §47 } Ar.

$\angle ACD = \angle y + z$ §41. Q.E.D.



§143. Theorema 32.

In omni Triangulo ADC tres anguli junctim sumti $u+y+z$ sunt aequales duobus Rectis.

Demonstratio.

Producto Latere quolibet v.c BC in D §82 erit

$\angle ACD = \angle y+z$ §142.

Sed $\angle u = \angle u$ §40. Ar

$\angle ACD+u = \angle u+y+z$ §42. Ar.

$\angle ACD+u = 2R$. §93.

$\angle u+y+z = 2R$ §41. Ar.

Q. E. D.



§144. Corollarium 1.

Hinc cujuscunq. Trianguli et ABC duo Anguli duobus Rectis sunt minores omnifariam sumti

Nam:

$y+z+u = 2R$: §143

$z+u = 2R-y$ §43. Ar.

Sed $2R > 2R-y$. §47. Ar.

$z+u < 2R$. §46. Ar.

§145. Corollarium 2.

In Triangulo aequilatero ABC quilibet et $\angle$lus aequalis est $\frac{2}{3}R$.

Nam:



$A + B + C = 2R$. §143.

cumque $A = B = C$. §103

Ergo $3 \times \angle A = 2R$. §10. Ar.

Ergo $\angle A = \frac{2}{3} R$. §45. Ar.

§146. Corollarium 3.

In Triangulo rectangulo CEF non nisi Angulus unicus actu rectus est.



Sit enim si fieri possit.

$\angle F = R$ et

$\angle E = R$

$\angle F + E = 2R$. §42 Ar.

Sed $\angle F + E + C = 2R$ §143.

$\angle F + E = \angle F + E + C$. §41 Ar.

J. Q. E. A. per §47 Ar.

Aliter:

Sit $\angle E = R$.

$\angle F = R$. p. H. ass.

$\angle F + E = 2R$. §.

Ergo $CE \approx CF$. §133

Nullum igitur spatium terminabunt rectae CE, CF, EF.

J. Q. E. C. H.

§147. Corollarium 4

In Triangulo rectangulo CEF reliqui duo $\angle$li æquales sunt Recto junctim sumti, et uterq. acutus est. Quia enim

$$\angle C+E+F = 2R. \quad §143$$
$$\angle E = R. \quad p. H$$
$$\angle C+F = R \quad §43 \text{ Ax.}$$

Ergo $\angle F = R-C.$ } §c.
et $\angle C = R-F$ }

adeoq. acuti §40

Aliter.

Produc basin Trianguli rectanguli EF in D §82. Cum sit

$\angle E = R$ p. H.

Ergo et $\angle y = R$. §38.

Verum $\angle y > \angle$lo F } §113.
$\angle y > \angle$lo C }

Ergo acuti §40.
$\triangle$ ACF est Rect∠glum §59.

Ergo $AC^2 + CF^2 = AF^2$. §189.

sed $CF = AC$ p. C.

Ergo $CF^2 = AC^2$. §44. Ar. 175.

Ergo $AC^2 + AC^2 = AF^2$. §10 Ar.

h. e. $2 \times AC^2 = AF^2$.

$AC = CB$ p. H.

$AC = CF$ p. C.

$CB = CF$. §40. Ar.

$\angle B = $ Rllor. §100.

cumq. $\angle$lus° x = R. p. C.
Ergo $\angle B = \angle r = \frac{1}{2}R$. §162.
Per pctm D duc $DE \approx FC$. §135.
Ergo $\angle x = \angle \alpha$ §132.
$\angle x = R$. §44 et C.
$\angle \alpha = R$. §92.
Sed $\angle B = \frac{1}{2}R$.
Ergo $\angle \kappa = \frac{1}{2}R$. §156.
$\angle B = \angle \kappa$ §41 Ar.
Ergo $DB = DE$. §160
adeoq $DB^2 = DE^2$. §44. Ar. et 175. b.
Per pctm E duc $GE \approx$ cum AD §135.
Ergo CE est Pllgm §72.
adeoq $GE = CD$ §167.
atq $\angle x = \angle q = R$. §132. 92.
cumq $\angle r = \frac{1}{2}R$. pd.
Ergo $\angle s = \frac{1}{2}R$. §156.
$\angle s = \angle r$. §41 Ar.
adeoq $FG = GE$. §160.
Sed $GE = CD$. pd.
$FG = GE = CD$. §41 Ar
et $FG^2 = GE^2 = CD^2$ §44. Ar. 175. b.

* *

Cumq FGE Δ R$\angle$lum §59 Ergo
$FE^2 = FG^2 + GE^2$ §189,
$= 2 \times CD^2$ §10. Ar.
Porro $AC = CF$ p. C.
$\angle y = \angle EAF$. §100
$\angle y = \frac{1}{2}R$. §162.
Sed $\angle r = \frac{1}{2}R$. p. d.
$\angle AFE = R$. §42. Ar.
Ergo ducta AE, Triangulum AFE est R$\angle$lum §59.
Quamobrem

$$\left.\begin{array}{l} AF^2 + FE^2 = AE^2 \text{ et} \\ AD^2 + DE^2 = AE^2 \end{array}\right\} \text{§189.}$$

$AF^2 + FE^2 = AD^2 + DE^2$. §41 Ar.

$$\text{Sed } \left.\begin{array}{r} AF^2 = 2 \times AC^2 \\ FE^2 = 2 \times CD^2 \\ DE^2 = DB^2 \end{array}\right\} \text{pd.}$$

Ergo per §10 Ar.
$2 \times AC^2 + 2 \times CD^2 = AD^2 + DB^2$.
Q. E. D.

14b

Aliter

$AD^2 = AD^2 + DD^2 + 2 \times AD \times DD$ §207.

$\underline{AD^2 = 4 \times AC^2}$ §211

$AD^2 + DD^2 + 2 \times AD \times DD = 4 \times AC^2$ §41 (

Sed $AD \times DD + CD^2 = CD^2$ §212.

Ergo $AD \times DD = CD^2 - CD^2$ §43. A



Quare

$AD^2 + DD^2 + 2 \times (CD^2 - CD^2) = 4 \times AC^2$ §100

h. e.

$AD^2 + DD^2 + 2 + CD^2 - 2 \times CD^2 = 4 \times AC$

$AD^2 + DD^2 = 4 \times AC^2 - 2 \times CD^2 + 2 \times CD$

§43. 42. Ar.

cumq $AC = CD$ pr. H.

Ergo $AC^2 = CD^2$ §44 Ar. 175

Ergo

$AD^2 + DD^2 = 4 AC^2 - 2 AC^2 + 2 CD^2$ §100

i. e.

$AD^2 + DD^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$

Q. E. D.

§227. Scholion.

Esto $AD = 16$. Ergo AC ~~= CD~~ = 8.

et $AC^2 = 64$.

$AD = 13$ Ergo $BD = AB - AD$
$= 16 - 13$
$= 3$
et $CD = CB - BD$
$= 8 - 3$
$= 5.$

Hinc quia.
$AD^2 + BD^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$. §226.

Ergo

~~$169 + 9 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$. §226~~

~~Ergo~~

$169 + 9 = 2 \times 64 + 2 \times 25.$
$178 = 128 + 50$
$= 178.$

§228. Theorema 59.

Si recta AB secetur bifariam in C, et adiiciatur in directum quaepiam alia recta BD, quod a Tota AB cum adjuncta BD h.e. AD, et quod ab adjuncta BD, utraque simul Quadrata, duplicia sunt et ejus quod a dimidia AC et ejus quod ~~[illegible]~~ a dimidia CB et adjuncta BD tanquam ab una CD descriptum sit, Quadrati.



p. Hdmdm
$AD^2 + BD^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2.$

Demonstratio.

In C erige ⊥lem CE = AC. §120. duc AE ED §81 itemq; DF ∥ cum EC §135 occu rentem producte ED in G. §82 atq; per EF ∥lam cum AD. §135: tandem AG §



Hinc.

△ ACE est R∠glum æqcr p.C.

Ergo ∠y = ½R. §162.

△ CED est R∠glm æqer. p.C.

Ergo ∠u = ½R. §162.

∠y+u = R §42. Ar.

EC ∥ FG. p.C. Ergo

∠u = ∠n. §133.

∠n = ½R. §41 Ar

cumq ∠F = ∠x §169

et ∠x = ∠R. p.C.

∠F = R. §92.

atq ∠o = ½R. §156.

Ergo △EFG est R∠glum et æquicrurum §

Simili Ratiocinio, quia,

$\angle F = \angle w$. §132.
ergo $\angle w = R$. §92.
cumque $\angle n = \frac{1}{2} R$. p.d.
ergo $\angle \alpha = \frac{1}{2} R$. §156.
adeoque $BD = DG$. §160.
Ergo
$AE^2 = AC^2 + CE^2$ §189.
$= 2 \times AC^2$.
$EG^2 = EF^2 + FG^2$ §c.
cumque $EF = CD$ §167.
$= CD^2 + FG^2$ §44. Ar. 175.
$= 2 \times CD^2$ §10 Ar.
$AE^2 + EG^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$ §42. Ar.
$AE^2 + EG^2 = AG^2$ §189.
$AG^2 = AD^2 + DG^2$ §c.
$AD^2 + DG^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$ §41 Ar
sed $DG = BD$ p.d.
ergo $DG^2 = BD^2$ §44 Ar. 175 Ergo
$AD^2 + BD^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$ §10 Ar.
Q-E-D.

§229. Scholion.

Esto $AB = 12$. Ergo $AC = CB = 6$
$BD = 7$ Ergo $AB + BD = AD = 19$ et $BD + CB = 13 = CD$
Quare cum $AD^2 + BD^2 = 2 \times AC^2 + 2 \times CD^2$.
Ergo $361 + 49 = 2 \times 36 + 2 \times 169$
$410 = 410$.

§230. Problema XXV

Datam rectam AB secare in G, ut comprehensum sub tota AB et altero segmentorum BG rectangulum, aequale sit ei, quod a reliquo segmento AG fit, Quadrato.



Resolutio.

1) Super AB fac Quadratum §170.
2) Diseca CA in E. §112.
3) Duc EB. §18.
4) Produc EA in F. §82 ut $EF = EB$.
5) Lateris AF fac Quadratum §170.

Dico AF^2 s.q.i.e. $AG^2 = AB \times BG$.

Q. E. F.

Demonstratio.

Produc GH in I §82. quia CA est bisecta in E. p.C. et AF in directum adjecta p.C.

$CF \times AF + EA^2 = EF^2$. §218.

$EB^2 = EF^2$. p.C.

$CF \times AF + EA^2 = EB^2$. §41 Ar.

$EA^2 + AB^2 = EB^2$. §189.

$CF \times AF + EA^2 = EA^2 + AB^2$. §41 Ar.

Ergo:

$CF \times AF = AD^2$. §43 Ar ♀

~~Vel etiam hoc modo~~

h. e. $AH + HI = AI + ID$ §41 Ar

$AH = ID$. §43 Ar

h. e. $AG^2 = BD \times GD$ §175.

Sed $BD = AD$. §68.

Ergo $AG^2 = AD \times GD$ §10 Ar

Q. E. D.

§231. Corollarium.

Cum itaque fit per §230.

$CF \times FA = AD^2$

et $AF = AG$. §8.

Ergo

$CF : AD = AD : AG$. §311 Ar.

h. e.

Summa Totius et Segmenti majoris ad Totam, uti Tota ad Segmentum majus.

§232. Scholion.

Problema hoc Numeris accommodari non posse docet Clavius ad LIX P. 14 et 29 Euclid. Dicunt aliqui Rectam hoc modo sectam proportionaliter sectam esse.

♀

Vel etiam hoc modo

$CF \times FA = AG^2 + CA \times AG$ §205

$AD^2 = CA \times AG + CA \times GD$ §208.

$AG^2 + CA \times AG = CA \times AG + CA \times GD$ §41 Ar.

$AG^2 = CA \times GD$ §43 Ar.

Verum $CA = AD$. §68

$AG^2 = AD \times GD$ §10 Ar

Q. E. D.

152

§233. Theorema 60.

In obtusis Triangulis Quadratum, quod fit a Latere CA, ∠lum obtusum
subtendente, majus est Quadratis, quae
fiunt a Lateribus AB, BC obtusum ∠
comprehendentibus Rectangulo bis c
prehenso et ab uno Laterum CB, quo p
circa ∠lum obtusum in quodcum p
tractum fuerit, cadit ⊥lis AD et ab
sumta exterius Linea BD sub norma
li, prope Angulum acutum ADB.



P. H. dmdm.
$AC^2 = AB^2 \times CB^2 + 2 \times CB \times BD$.

Demonstratio.

AD est ⊥lis p. H. Ergo
$AC^2 = CD^2 + DA^2$. §189. Sed
$CD^2 = CB^2 + BD^2 + 2 \times CB + BD$. §207.

$AC^2 = CB^2 + BD^2 + 2 \times CB \times BD + DA^2$. §10. Ar.
Verum $BD^2 + DA^2 = BA^2$ §189.

$AC^2 = CB^2 + BA^2 + 2 \times CB \times BD$. §10. Ar.

Q.E.D.

§234. Scholion.

Enimvero cum Euclides assumserit
⊥lem AD cadere in Latus

CB ad partes ∠li obtusi protractum, assumptum istud paucis demonstrabimus. Dicimus ergo: Normalem ex A ductam cadere extra Triangulum in Latus CB productum qualis est AD.

Aut enim intra CB qualis est AE.
extra CB ad partes BC, qualis est AF
extra CB ad partes CB, qualis est AD, cadet

Quare in

Casu I. Ponamus AE cadere intra CB p. H. ass. Ergo
$\triangle AEB$ est R∠glum ad E. §44.59.
Ergo $\angle AEB = R$. p. H. et C.
Sed $\angle ABE > R$. p. H. Propos.

$\angle AEB + \angle ABE >$ res 2 R. §42. et
I. Q. E. A. per §144.

Casu II. Ponamus AF ⊥lem cadere extra BC ad partes ∠li C.

1) Velut ante demonstrabis, id fieri non posse. Ergo
2) Vel h. tre

x



AF ⊥lis p. H. Ergo
$\triangle AFB$ R∠glm §44.59.
Ergo $\angle ABF < R$. §141.
Sed $\angle ABF > R$. p. H.
I. Q. E. A. p. §40 etr

Quoniam itaque
Neque Casus I } p. d.
Neque Casus II }
Ergo Casus III.

Q. E. D.



§235. Corollarium.

Cognitis autem Cruribus Trigoni o
sanguli facili omnino negotio inve
es Segmentum BD inter Angulum
tusum atq normalem AD ejusq a
malem AD; Illud a Quadrato Lateris
maximi §153. np. CA^2 auferendo sum
mam Quadratorum 2lum obtusum
complexorum et differentiam per d
plum Lateris CB in quod si produca
tur Alis cadit, dividendo; Hanc Quadra
tum inventi modo Lateris BD cogn
ti BA auferendo et Radicem quadra
ticam extrahendo. Quia enim:

$AC^2 = CB^2 + BA^2 + 2 \times CB \times BD$. §233.

Ergo $AC^2 - CB^2 - BA^2 = 2 \times CB \times BD$. §43. Ar.

Ergo $\frac{AC^2 - CB^2 - BA^2}{2 \times CB} = BD$. §45. Ar.

Q. E. I.

Cumque Δlum BDA sit R∠glm §234

Ergo $\sqrt{BA^2 - BD^2} = AD$. §195. Q. E. II D.

§236. Theorema 61.

In Triangulis acutangulis ADC Quadratum a Latere AD, ∠um acutum ACD subtendente, minus est Quadratis, quae fiunt a Lateribus AC et CD acutum ∠um comprehendentibus, rectangulo bis comprehenso et ab uno Laterum DC, quae sunt circa acutum ∠um ACD in quod normalis Ad cadit et ab assumta interius Linea dC sub perpendiculari Ad prope ∠um acutum ACD.



P. H dmda:

$AC^2 + DC^2 = AD^2 + 2 \times DC \times Cd$

Demonstratio.

Ad est ⊥lis p. H.

$AC^2 = Ad^2 + dC^2$ §189.

$DC^2 = DC^2$ §40 Ar.

$AC^2 + DC^2 = Ad^2 + dC^2 + DC^2$ §42 Ar.

$DC^2 = Dd^2 + 2 \times Dd \times dC + dC^2$ §207

$AC^2 + DC^2 = Ad^2 + Dd^2 + 2 \times Dd \times dC + 2 \times dC^2$ §10 Ar.

Verum $Ad^2 + Dd^2 = AD^2$ §189

$AC^2 + DC^2 = AD^2 + 2 \times (Dd \times dC + dC^2)$ §81 Ar.

Sed $Dd \times dC + dC^2 = DC \times Cd$. §205.

Ergo $AC^2 + DC^2 = AD^2 + 2 \times DC \times Cd$. §10 Ar.

Q. E. D.



§237. Corollarium.

Simili autem qua §235. usi sumus methodo invenies et Segmentum inter Angulum acutum C atque normalem AD interceptum DC, et ⊥lem AD ipsam, Illud a Summa Quadratorum Angulum acutum incipientium auferendo Quadratum Lateris DA ∠lum dictum subtendentis, Residuumque dividendo per duplum Lateris DC in quod normalis cadit. Hanc autem, Inventi modo Lateris DC Quadratum auferendo ex AC², atque quadraticam radicem extrahendo §256. Ar. Cum enim

1. $AC^2 + DC^2 = AD^2 + 2 \times DC \times CD$ §.236.

$AC^2 + DC^2 - AD^2 = 2 \times DC \times CD$. §48. Ar

$\frac{AC^2 + DC^2 - AD^2}{2 \times DC} = CD$. §45. Ar

Q. E. I.

2). Triangulum ADC R.∠glum p. H.

$\sqrt{AC^2 - DC^2} = AD$. §195.

Q. E. II D.

§238. Scholion.

In acutangulis autem Triangulis $\perp$lem AD cadere intra Latus acutis adjacens $\angle$lis B et C ita evincitur.



Aut enim intra cadet
Aut extra et quidem
vel ad partes $\angle$li B crure CB continuato v.c. in F.
vel ad partes $\angle$li C crure BC continuato v.c. in R.
Aut in rectarum utramq. AB vel AC.

Ponamus 1) $\perp$lem AD cadere posse in AB p. H.
Ergo $\angle o = R$. §44.
Sed $\angle o <r R$. p. H.
I. Q. E. A. §40 Ar.
Simili discursu liquet AD cadere non posse in AC.

2) $\perp$lem cadere extra CB in F. p. Hyp.
Ergo $\angle F = R$. §44.
$\angle o >r \angle$lo F. §113.
$\angle o >r R$. §46. Ar.
Verum $\angle o <r R$. p. H.
I. Q. E. A. §40 Ar.

Idem simili modo evincetur, si statuatur $\perp$lem cadere posse ad partes $\angle$li acuti C, qualis est AR.

Quare, cum neque Casus I.
neque Casus II.
Ergo omnino IIIius.

Q. E. D.

§239. Problema XXVI

Dato rectilineo A aequale Quadratu
constituere.

Resolutio.

1) Construe Rectangulum DB = et
2) Majus illius Latus DC produc it
ut sit FC = CB §82. 26
3) Disseca DF in G. §112.
4) Radio DG describe semicirculum DQF. §85.
5) Produc CB §82. ad peripheriam usque in
H. DF.

h. c. $CH^2 = A$.

Demonstratio.

Duc GH. §81. quia

$A = DC \times CB$. p. 1. et 175.

$CB = FC$. p. 2.

$A = DC \times FC$. §19. Arit.

$GC^2 = GC^2$. §40 Ar.

$A + GC^2 = DC \times FC + GC^2$. §42 Ar.

$FG^2 = DC \times FC + GC^2$ §212.

$A + GC^2 = FG^2$. §41. Ar.

Verum

& $FG = GH$. §26.

Ergo $FG^2 = GH^2$. §44. A. 175.

Ergo

$A + GC^2 = GH^2$. §41 Ar

$GC^2 + CH^2 = GH^2$. §189

$A + GC^2 = GC^2 + CH^2$. §41 Ar

$A = CH^2$. §43. Ar.

Q. E. D.

Caput III$^{\text{tium}}$

De Circuli affectionibus.



§240. Definitio LIX.

Circuli concentrici AMQA et am -C. sunt qui habent idem Centrum C. Excentrici autem LMXL et lmxl quæ diversa C et p.

§241. Definitio LX.

Recta HI circulum tangere dicitur in L si ipsi ita occurrat ut producta, tota extra circulum cadat. Recta autem GN circulum secat, si circulum in partes cis et ultra sitas dirimat.

§242. Definitio LXI.

Circulus N circulum H tangit extus, si huic occurrens, totus extra hunc; intus autem, si totus intra hunc cadat. Secare autem Circulus N circulum R dicitur, si partem communem G habuerint.

§243. Definitio LXII

In circulo GEABD Chordae FE, KL aequaliter distare dicuntur cum perpendicula GH, GN ex centro G ad ipsas ducta fuerint aequalia. Longius autem Chorda BC ab altera KL abesse dicitur in quam majus perpendiculum G.I cadit.



§244 Definitio LXIII.

Segmentum circuli AFBA est pars ipsius arcu AFB et chorda AB comprehensa. Segmentum circuli majus dicitur, quod semicirculo majus; minus autem quod semicirculo minus est

§.245: Definitio LXIV.

Similia circuli segmenta sunt illa, quae ∠los ABC, DEF capiunt aequales; aut in quibus ∠li ABC, DEF sunt aequales.



§246. Definitio LXV

Sector circuli ABCA est pars ipsius duobus radiis CB, BA et arcu comprehensa C.A.



162.



§247. Definitio LXVI.
Angulus in segmento s. q. i. e. Angu
ad Pphiam ABD est, cujus vertex D
crura DA atq; DB in peripheria term
nantur.

§248. Definitio LXVII.
Angulus ad Centrum ACD est cujus ve
tex C in Centro, crura vero CD et CA in
Pphia terminantur. Angulus vero ex
Centrum OMN dicitur, cujus vertex
M extra Centrum crura vero in P
terminantur.



§249. Definitio LXVIII.
Angulus segmenti MLH vel MLK.
dicitur quem chorda ML. cum tan
gente HK ad Contactum efficit. No
autem cum Euclide Def. VI. L. III Lu
segmenti CAB dicemus illum qu
continetur Chorda AC arcuque A
cf. Jo. Barrow et Cph. Clavius ad
Definitionem citatam.



§250. Problema XXVII

Dati Circuli ADC Centrum F invenire.

Reſolutio.

1) Duc in Circulo propoſitam rectam s. chordam quamlibet AC §81.
2) Biſeca illam §112. et duc ⊥ BD. §c.
3) Biſeca et hac BD in F. §c.

Dico in F eſſe centrum.

Demonſtratio.

Aut Centrum non eſt in F, aut eſt in F.

Ponamus in F non eſſe Centrum ergo nullum aliud in recta BD punctum eſſe poterit Centrum §26. Ponatur itaq extra rectam BD punctum G eſſe poſſe Centrum. Educ itaq radios AG, GC ad rectam AC. §81 ut et EG ad eandem AC. §c.

Ergo AG = GC. §26.
AE = EC p. C.
GE = GE §40 Ar:

∠AEG = GEC. §106.
Ergo ∠AEG = R §38. sed et
∠AEF = R. p. C. ad mbr. II.

∠AEG = ∠AEF. §92. Q. E. A. §41 Ar.

§251. Corollarium.

Inde quidem si in Circulo recta q
dam Linea BD aliquam rectam
neam AB bifariam et ad ∠los rect
secet, erit in secante BD centrum.

§252. Theorema 62.

Si in Circuli CAB Pphia duo quo
puncta A et B accepta fuerint, rect
Linea AB, quae ad ipsam puncta
jungitur intra Circulum cadet.

Demonstratio

Accepto in Recta AB quolibet p
to D, duc rectas AC, CD, CB §81.

Quia $CA = CB$ §26.

$\triangle ACB$ est aequicrurum §57.

Ergo $\angle A = \angle B$. §100.

cumq $\angle CDB > \angle$lo A §113

P $\angle CDB > \angle$lo B. §46. Ar.

$CB > CD$. §115.

Cum itaq CB ex Centro ad Pphiam
pertingat, ergo $CD < CB$ ad peri-
pheriam pertingere non pot
Ergo AB intra illam cadit.

Q. E. D.

§283. Corollarium.

Hinc Recta Circulum tangens, ita ut non secet ~~in~~ illud in unico puncto tanget. Si enim tangeret in duobus intra Circulum esset per §252. et ita sane ipsam non tangeret. §271.

§284. Theorema 63.

Si in Circulo CADC recta quaedam DD per Centrum extensa, quandam AC non per Centrum extensam bifariam secet in F secabit ipsam AC ad ∠los Rectos. Et si ad ∠los Rectos secet ipsam, bifariam quoque ipsam secabit.

Demonstratio

Mbr I. Ex Centro C duc CA, CC. §81

Ergo $AF = FC$. p. H.

$EF = EF$ §40 Ax.

$EA = EC$. §26.

$\angle o = \angle y$ §106.

Ergo et ∠lo et $\angle y = R$. §387

Q. E. I.

Mbr II. $\angle o = \angle y$ p. H.

$EF = EF$ §40 Ax.

$AE = EC$ §26.

$AF = FC$ §129. Q. E. II.



Membrum 2dum aliter ita demon-
strabitur

Quia DF per Centrum E extensa p

Ergo AE = CE. §26

Ergo △ AEC æquicrur: §57.

Ergo ∠A = ∠C. §100

sed ∠o = ∠y p. H.

Cumque AE = EC p. d.

E AF = FC. §114. Q. E. D.

Vel

AE = EC. §26

Ergo ∠A = ∠C. §57. 100

sed ∠o = ∠y p. H.

Ergo ∠α = ∠β. §155.

Cumque EF = EF. §40 Ar

AF = FC. §114. Q. E. D.

§255. Theorema 64.

Si in Circulo ACD duæ Rectæ AB et DC. sese mutuo secent non tamen per Centrum E extensæ fuerint se mutuo bifariam non secant.

Demonstratio

Ponamus AB bifariam secari a C in E. dico CD non secari ab AB bifariam et contra.

Invento enim circuli centro §250. duo radios AF, BF, CF, DF §81. atque ex centro ad mutuam intersectionem FE. §80

Quia AE = EB. p. Hyp.
AF = FB. §26.
FE = FE. §40 Ar.

∠AFE = EFB §106.
∠CFE <r ∠lo AFE. §47 Ar

∠CFE <r ∠lo EFB. §46 Ar.
∠EFB <r ∠lo EFD. §47. Ar.

∠EFD >r ∠lo CFE.
FD = CF. §26.
FE = FE §40 Ar

ED >r CE. §164. Q. E. D.



Simili modo ostendetur sub hypothesi Theorematis hujus, licet secta sit CD bifariam ab AB in E, neque vicissim bifariam secari AB ab CD.
Q. E. D.

Ponamus autem utramque Rectam et AB et CD in E bifariam sectam esse si fieri possit, neutra earum per centrum extensa.

163.

Invento Circuli Centro §250.
Duc FE. §81.
Quia AE = ED p. Hyp.
et EF per Centrum extensa p. l.
$\angle AEF = R$. §254.

Similiter
CE = ED p. Hyp. et
EF per Centrum extensa. p. l.
$\angle CEF = R$ §c

$\angle AEF = \angle CEF$ §92.
Q. E. A. §47 Ar.

§256 Theorema 65.
Duo Circuli se mutuo secantes sunt eccentrici

Demonstratio

Ponatur si fieri possit utriusque Circuli Centrum E.
Duc radios DE, DE, AE §81
Ergo DE = AE } §26
DE = DE }
AE = DE §41 Ar.
AE = AD + DE. §47. Ar.
AD + DE = DE. §216 } Ar.
J. Q. E. A. §41 }



Aliter

Ductis AB et DB §81.

$DE = EB$ p. H. ass.

Ergo $\angle o = \angle y$. §100.

sed $AE = EB$ p. H.

$\angle A = \angle u + o$ §c. sed

$\angle y >^{r} \angle lo\ A$. §113.

$\angle y >^{r} \angle lis\ u + o$ §46. Ar.

sed $\angle o = \angle y$ p. d.

$\angle y >^{r} \angle lis\ u + y$. §100 Ar.

I. Q. E. A. p. 47 § Ar.



§257. Theorema 66.

Circuli ſeſe mutuo interius tangentes ſunt eccentrici

Demonſtratio.

Ponamus utriusq; centrum eſse in F.

Ex contactus B puncto duco radium BF atq; aliam AF §8 A.

Ergo $BF = DF$ } §26
$BF = AF$ }

$DF = AF$. §41 Ar.

I. Q. E. A. §40 Ar.



Aliter

Ductis BD et DA §81 Quia

$BF = FD$ p. H.

ergo $\angle o = \angle y$. §100

Sed et $AF = FD$ p. H.

ergo $\angle A = \angle u+o$. §100.

Sed $\angle y$ >r $\angle A$. §113.

$\angle y$ >r $\angle$lis $u+o$ §46 Ax.

Sed $\angle o = \angle y$ p. D

Ergo $\angle y$ >r $\angle$lis $u+y$ §100 Ax.

I. Q. E. A. §47. Ax.

§258. Theorema 67.

Si in Circuli Diametro AB quodam sumatur punctum G quod n sit Circuli centrum, abeoque pun in Circulum quaedam lineae recta GC, GD et GE cadant:

1) Maxima quidem erit ea, GA in qua est centrum F.

2) Minima vero reliqua GB.

3) Aliarum vero illi, quae per centrum ducitur propinquior GC remotiore GD semper major est.



+ Duo autem solum Lineæ rectæ GE et GH æquales ab eodem puncto in Circulum cadunt ad utraque partes minimæ GD vel maximæ GA.

Demonstratio.

Ex Centro F duc rectas FC, FD, FE. §81. fiatque ∠lus DFE = DFH. §107.

Quare.

I $GC < CF + FG$ §116.

Sed $CF = FA$ §26.

cumque $FG = FG$. §40 Ax.

$CF + FG = GF + FA$ §42 Ax.

$GC < GF + FA$. §46 Ax.

$GF + FA = GA$. §47 Ax.

$GC < GA$.

II $EF < EG + FG$. §116.

$EF = FD$. §26.

$FD < EG + FG$ §46 Ax.

$FG = FG$. §40 Ax.

$GD < EG$. §48 Ax. Q. D. II.

III $GF = GF$ §40 Ax.

$EF = CF$ §26.

$\angle GFE < \angle GFC$. §47 Ax.

$EG < CG$. §162.

IV $\angle GFE = \angle GFH$ hyp.

$FG = FG$. §40 Ax.

$EF = FH$. §26

$EG = GH$ §99

Q. E. V. D.

§259. Theorema 68.

Si extra Circulum ſumatur punctum quodpiam A ab eoq; pūcto ad Circulum deducantur quodam Lineæ rectæ AJ, AH, AG, quarum una quidem AJ per Centrum K tranſeat, reliquæ vero ut libet.

I) In cavam Sphiam cadentium rectarum linearum.

1) maxima quidem eſt illa AJ, quæ per Centrum ducetur,

2) aliarum vero ei, quæ per Centrum tranſit propinquior AH remotiore AG ſemper major eſt.

II) In convexam vero Sphiam cadentium rectarum linearum.

1) minima quidem eſt illa AD, quæ inter punctum A et diametrum DJ interponitur,

2) aliarum autem, ea, quæ eſt minimæ propinquior AC remotiore AD ſemper minor eſt.

3) Duæ autem tantum rectæ lineæ AC et AL æquales ab eo puncto in ipſum Circulum cadunt ad utramq; partes minimæ AD vel maximæ AJ.



P.H. dmdm.

I) 1) $AJ > AH$.
2) $AH > AG$.

II) 1) $AB < AC$
2) $AC < AD$.
3) $AL = AC$

Demonstratio

Duc ex Centro, ~~KH~~, KG, KD, KC §81
et fac $\angle$lum $AKL = \angle$lo AKC §107.

Casus 1mi Quare in mbro 1ma.

$AK + KH > AH$. §116.
$KH = KI$ §26
$AK = AK$. §40. Ax
$AK + KH = AI$ §42. Ax
$AI > AH$ §46 Ax

Q.E.I.

Mbro 2do

$AK = AK$. §40. Ax.
$KH = KG$. §26.
$\angle AKH > \angle$lo AKG. §47. Ax.
$AH > AG$. §164.

Q.E.II.

Casus 2di mbro 1.

$AK < AC + CK$. §116.
$DK = CK$. §26.
$AD < AC$. §43. Ax.

Q.E.III.

Mbro 2do

$AK = AK$. §40. Ax
$CK = KD$. §26
$\angle AKC < \angle$lo AKD. §47. Ax
$AC < AD$. §164.

Q.E.IV.

Mbro 3io

$AK = AK$. p. d.
$KL = KC$ §26
$\angle AKL = \angle AKC$. p. C
$AL = AC$. §99

Q.E.V.D.

§280 Theorema 69.

Si in Circulo DCK acceptum fuerit punctum aliquod A et ab eo puncto ad Circulum cadant plures quam duæ rectæ Lineæ æquales DA, CA, AK acceptum punctum A centrum eſt ipſius Circuli

Demonſtratio.

Duc rectas DC et ACK. §81. eaſq; biſeca ~~recti~~ in E. et F. §112. ~~et duc rectas AE et AF.~~ H.

Quare cum DA = AC p. H.

DE = EC p. C.

EA = EA. §40. Ar

$\angle x = \angle y$ §106.

Ergo EA eſt ⊥lis §34. 36 44.

Ergo in EG eſt Centrum §251.

Simili diſcurſu

CA = AK p. H

CF = FK. p. C.

AF = AF. §40. Ar

$\angle o = \angle u$ §106.

Ergo AF eſt ⊥lis §44.

Ergo in FH erit Centrum §251. Quare ~~FH erit~~ ob interſectionem communem ſecantium EG et FH per Centrum tranſeuntium in A §80. erit A Centrum. §23.

Q. E. D.

§261. Theorema 70.

Circulus CDG circulum ADEF in pluribus, quam duobus punctis non secat.

Demonstratio.



Ponamus circulum CDG circulum ADEF secare posse in punctis pluribus v. c. in tribus M. N. et O. Ergo junctis rectis MN et NO. §81.

Diseca et MN et NO. normalibus AE et DF. §112.

Quia

Puncta M. et N in circulo ADEF p. H.
Ergo illius centrum in lli AE. §251.
et Puncta N atq O in eodem circulo ADEF. p. H.
Ergo centrum illius in lli DF. §251.
Ergo centrum in P. p. d. ad §260.

Similiter quia

Puncta M et N itemq N. et O in circulo CDG p. H
Ergo centrum illius in llibus XG et QF. §251.
adeoq in P. §80. et d. ad §260.
Ergo duo circuli semet secantes idem centrum habent
s. Q. E. A. §256.

Q. E. D.



§26e. Theorema 21

Si duo Circuli GADE et FADC sese intus contingant, et accepta fuerint eorum Centra G et F, ad eorum Centra adjuncta recta Linea FG et producta in Circulorum Contactum cadet,

Demonstratio

Aut recta GF Centra connectens si producatur in Contactus punctum A cadet, aut non cadet.

Si non cadat, secabit utriusque Circuli Peripheriam

Inventis ergo Circulorum ADEG et FADC Centris R atque F. §e50

Duc AR, et AF. §81. et per Centra R et F rectam FRPQ §.c. Ergo

$AR + RF > AF$ §116

sed $AR = RP$ } §26.
$AF = FQ$ }

$RP + RF > FQ$. §10. 47. Ar

$RF = RF$. §40. Ar

$RP > RQ$ §48. Ar

J. Q. E. A. §47. Ar.

§263. Theorema 72.

Si duo Circuli ACD et BCE sese exterius contingant in C linea recta AB, quae ad eorum Centra A et B adjungitur per Contactum C transibit.

Demonstratio.

Sit, si fieri potest alia recta Linea secans Circulos extra Contactum C n. p. ADEB, educta ex A et B. §81. ducitaque ad ipsum Contactum C ex Centris A et B duas alias rectas. AC et CB §81 Ergo

$AC + CB > ADEB$. §116.

Sed $AC = AD$ }
$CB = BE$ } §26

$AC + CB = AD + BE$. §42 Ar.

$AD + BE > ADEB$. §46. Ar.

Verum

$ADEB = AD + DE + EB$. §47. Ar.

$AD + BE > AD + DE + EB$. §46. Ar.

q. E. A. per §47 Ar.





§269. Theorema 73.

Circulus CAF Circulum DEAH no
tangit in pluribus punctis quan
uno A, sive intus tangat sive exte

Demonstratio

Casus I. Si Circuli se tangent intus
Pone Circulum DEAH tangere alt
rum CAF in duobus punctis A et
H. Ergo
Recta DC per Centrum utriusque cir-
culi means productaque §82 cadet i
Contactus puncta A et H §262. Ergo
Cum AC = CH §26.
AD = DH §C.
Sed DH > CH §47 Ar
Ergo AD > AC §46 Ar
J. Q. E. A. p. §47 Ar.

Casus IIdus Si Circuli se tangant extus
Ponamus se contingere posse in
punctis E et F. Erit ergo Recta
EF in utroque Circulo CAF et QEF §83 §252.
Ergo se mutuo secant Circuli §222
JQ. C. H. quo Circulos se tantum
contingentes suppon~t Q. E. D.

§265. Theorema 74.

In Circulo EABC aequales Lineae AC et BD aequaliter distant a Centro E. Et Rectae AC et BD aequaliter distantes a Centro, inter se sunt aequales.

Demonstratio

Educ ex Centro E ⊥les EF, EG §119.

Ergo $\left.\begin{array}{l} AF = FC \\ BG = GD \end{array}\right\}$ §254.

Junge AE et EB §51.

Ergo in

Casu I. Quia $AC = BD$ p. H

Ergo $\frac{1}{2}AC = \frac{1}{2}BD$. §45 Ar.

h. e. $AF = BG$.

Ergo $AF^2 = BG^2$ §44. Ar.

cumque $AE = EB$ §26.

Ergo $AE^2 = EB^2$ §44. Ar.

$AE^2 - AF^2 = EB^2 - BG^2$ §43. Ar.

cumque $\angle F = \angle G = R$. p. C. §92.

$\left.\begin{array}{l} AE^2 - AF^2 = FE^2 \text{ et} \\ EB^2 - BG^2 = EG^2 \end{array}\right\}$ §195.

$FE^2 = EG^2$ §41 Ar.

$FE = EG$. §19

Q. E. I.



h. e. dmdm.

1) Si $AC = BD$ erit $FE = EG$

2) Si $EF = EG$ erit $AC = BD$.

Casu 2do:

$\angle F = \angle G = R$. p. C. §92.

et $EF = EG$. p. H. Ergo

$EF^2 = EG^2$. §44 Ar:

$AE = ED$ §26. Ergo:

$AE^2 = ED^2$. §44 Ar.

$AE^2 - ED^2 = ED^2 - EG$. §43 Ar.

Verum

$$\left.\begin{array}{l} AE^2 - EF^2 = AF^2 \text{ et} \\ DE^2 - EG^2 = GD^2 \end{array}\right\} \text{§195}$$

$AF^2 = GD^2$. §41 Ar

Ergo $AF = GD$. §197. sed

$$\left.\begin{array}{l} AF = \frac{1}{2} AC \\ DG = \frac{1}{2} BD \end{array}\right\} \text{p. C.}$$

$\frac{1}{2} AC = \frac{1}{2} BD$. §41 Ar.

Ergo

$AC = BD$. §44 Ar:

Q. E. D.

§266. Theorema 75.

In Circulo GAD(C) maxima quidem Linea est Diameter AD & aliarum autem Centro G propinquior FE remotiore DC semper major est.

Demonstratio.

Membrum 1. Duc DG et GC. §81.

Quia $DG + GC > DC$ §116

et $DG = AG$ } §26.
$GC = GD$ }

$DG + GC = AG + GD$. §42. Ar

$AD > DC$. §46. Ar.

Q. E. 1.

Membrum 2.

Sit Distantia $GH < GI$.

Fac ergo $GN = GH$

per N duc KL $\perp$lem ad GI. §120.

Ergo $FE = KL$. §265.

ductis KG atq. GL §81.

quia $KG = GD$ } §26
$GL = GC$ }

et $\angle KGL > \angle DGC$. §47 Ar

Ergo $KL > DC$. §164

Sed $FE = KL$ p. d.

$FE > DC$. §46. Ar Q. E. D.





§267. Theorema 76.

Recta CD quæ ab extremitate Dia
metri HA cuiusvis Circuli DALH a
∠lo R. ducitur, extra Circulum ea
in Locum inter ipſam Rectam et
Pphiam comprehenſum altera Rec
Linea AL non cadet.
Semicirculi quidem ∠lus HAD
vis ∠lo acuto rectilineo DAL maj
eſt, reliquus autem DAI minor.

Demonſtratio.

Caſus 1. Ex Centro B ad quodvis
punctum F Rectæ CD duc aliam
Rectam BF. §81
Quia CD ⊥lis ad AH p. H
Ergo ∠y < ∠lo FAB. §148.
atq AB < FB. §115.
Cum itaq punctum A ſit in Pphi
Ergo pctm F Lineæ CD extra ea
dem. Idem eodem modo de quibu
aſsumtis in Recta CD punctis de
monſtrabitur. Q. E. 1.

Aliter ex Clavio

Cadat, si fieri possit in A Recta quaepiam alia $\perp$lis ad AH np. KA intra Circulum.

Duc KD. §81. Quia

$AD = KD$ §26.

Ergo $\angle u = \angle x$. §57. 100

Sed $\angle u = R$. pr H. ass.

$\angle x = R$.

J. Q. E. A. §146.

Casus 2dus. Duc DE $\perp$ ad AL §119.

Ergo $\angle DEA = R$. §44.

Ergo $AD > DE$. §149.

Ergo cum pctm A sit in Pphia erit pctm E intra Pphiam adeoque et tota AE intra Circulum cadet.

Q. E. II

Aliter ex Clavio ad XVI. L III. Eucl.

Ponamus si fieri possit Rectam inter spatium AD et AC cadere AM. Duc ergo ex D ad AM $\perp$lem §119.

Ergo $AD > DN$. §149.

$AD = DP$ §26.

$DP > DN$. §46 Ctr

J. Q. E. A. §47 Ctr.

Casus III. Indequidem elucet cum ∠lus DAD = 1 R. p. H.
esse 1. ∠lum DAE > rem ∠lo Contactus DAI. §247. Ar.
2. ∠lum HAL < rem ∠lo semicirculi; eo quod tota AL intra Circulum cadat p. d. ad Cas. II. Q. E. III. D.

§268. Corollarium

Hinc Recta AD ab extremitate A, Diametri Circuli HA, ducta ad angulos rectos, Circulum ipsum tangit.

§269. Scholion.

Dicitur autem Angulus semicirculi qui fit a Diametro AH et p AI aut AL.

Caeterum de Contactus Angulo et Paradoxis inde fluentibus notissima est Cxphori Clavii atque Jac. Peletarii Controversia; quorum ille Angulum Contactus rectilineo heterogeneum esse dixit, hic autem pro non quanto declarans ex ∠lo=

rum Numero ſuſtulit, cum hoc fecit Joh Walliſius in Tr. integro, quem de Contactus ∠lo conſcriptum Opp Volum. 2do legimus, ubi illum omni aſsignabili Quantitate minorem h. e. nullius magnitudinis eſse defendit. Aliter adhuc ſentit Andr. Tacquetus ad Propoſ. XVI. L. III Euclidis ∠los non quantos eſse pronuncians, ipſe licet illorum Aequalitatem, Diſectionem, et alias in Quanta cadentes affectiones demonſtraverit, eo ipſo Paradoxa magis cumulans quam ſolvens. Vide præter citatos et plures alios ipſis laudatos Perill: Wolffium Geometr. Lat. §30 b. et in Lex. Mathem: ſub voce Angulus Contactus et Angulus Semicirculi quibus locis Controverſiam et Paradoxa nullius prorſus uſus et momenti recte pronunciat

§270. Problema XXVIII

A dato puncto A rectam lineam AC ducere, quae datum Circulum DBC tangat.



Resolutio.

1) Ex Centro dati Circuli D ad datum punctum A duc rectam AD. §81
2) Radio AD describe Circulum. §83.
3) Ex B super AD excita ⊥lem occurrentem Circulo AE in E. §120.
4) Duc rectam ED secantem Peripheriam BC in C §81.
5) Duc tandem rectam AC &c.

Hanc digo tangere Circulum DBC.

Demonstratio.

$$\left.\begin{array}{l} AD = DE \\ CD = DB \end{array}\right\}\ \S 26.$$

$$\angle o = \angle o\ \S 40\ \text{Ar.}$$

$$\angle ACD = \angle EBD.\ \S 99$$

$$\angle EBD = R\ \text{p. C.}$$

$$\angle ACD = R.\ \S 92.$$

Ergo AC tangit Circulum DBC per §268.

Q. E. D.

§271. Theorema 77.

Si Circulum FEDC tangat recta quopiam Linea AD, a Centro autem ad Contactum E adjungatur recta quopiam Linea FE, quae adjuncta fuerit recta Linea illa FE ad ipsam contingentem normalis est.



Demonstratio.

Ducatur, si fieri possit ex Centro F, alia recta normalis FG ad tangentem AD secans Pphiam in D §81. Quare cum.

$\angle FGE = $ R. p. C. et Hyp.

Ergo $FE > FG$ §149.

$FG = FD$ §26.

Ergo $FD > FG$. §46. Ar.

Q. E. A. §247. Ar.

§272. Theorema 78.

Si Circulum tetigerit recta quapiam Linea AD, a Contactu autem C recta Linea CE ad ∠los rect. ipsi tangenti excitetur, in excitata CE erit Centrum Circuli.



Demonstratio

Aut Centrum erit in CE aut extr
CE. Ponamus in F.
Ducta ergo Recta CF ad Contac
tum §81.
erit ∠lus FCD = R. §271
sed et ∠lus ECD = R. p. H.

∠lus FCD = ∠ECD. §92.
J. Q. E. A. §47

§273. Theorema 79.

In Circulo BADC Angulus ad Centrum duplus est Anguli ad Periphe
BAC cum fuerit idem arcus BC, ba
sis Angulorum BDC et BAC, a. gi
e. cumque uterque Angulus eidem Periph
insistat.



P. H dmdm.
∠o = 2x∠u.

Demonstratio.

Dantur tres Casus; aut enim Anguli ad Peripheriam
1) Crus unum ibit per Centrum.
2) Utrumque Centrum includet.
3) Neutrum Centrum includet.

Quare in
Casu 1. $DA = DC$. §26.
Δlum DAC est aeqcr. §57.
Ergo $\angle u = \angle x$. §100.
Sed $\angle o = \angle u+x$. §14.
h.e. $\angle o = \angle u+u$. §10 Ar.
Ergo $\angle o = 2\times\angle u$.



Casu 2do Per Verticem Anguli utriusq et ad Centrum et ad Peripheriam duco rectam ADP. §81. Ergo.

$$\left.\begin{array}{l}\angle x = 2\times h.\\ \text{et } \angle y = 2\times g\end{array}\right\}\text{p Cas. 1.}$$
$$\angle x+y = 2\times h+2\times g \quad \text{§42. Ar.}$$
$$= 2\times\overline{h+g} \quad \text{§.31. Ar.}$$
h.e. $\angle o = 2\times u$ §47. Ar

Q.E.D.



Casu 3tio.
Per A et D duc AP. §81
Ergo $\angle y+o = 2\times\overline{x+u}$ Cas. 1.
$\angle y+o = 2\times x+2\times u$.
Sed $\angle y = 2\times x$. p. Cas. 1.
Ergo $\angle o = 2\times u$. §43. Ar

Q.E.D.

§274. Theorema 80.

In Circulo CADC, qui in eodem segmento sunt Anguli x et y. sunt inter se aequales.



Demonstratio.

Dantur tres Casus, aut enim ∠x et ∠y sunt constituti

1) In segmento majore } §244.
2) In segmento minore }
3) In segmento aequali. h.e. in Semicirculo. Quare in

Casu 1. Si ∠li x et y fuerint in majore segmento.

Ex Centro duc Rectas ED et EC p. §81

Quia $2 \times x = \angle E$ } §273
$2 \times y = \angle E$ }

$2 \times x = 2 \times y$. §41 Ar.

Ergo $\angle x = \angle y$. §45 Ar.

Q.E.I.

Casu 2do Si ∠li dicti in minore segmento fuerint.

Junge ∠lorum Vertices recta A

erunt ergo $\angle$li m et n in majore ſegmento §244. np. ADC et DA.

Quare cum $x+o+m=2R.$

et $u+y+n=2R.$

$x+o+m=u+y+n$. §41 Ar.

ſed $m=n$. p. l. 1.

et $o=u$. §94.

$\angle o+m=u+n$. §42. Ar.

$\angle x=\angle y$. §43 Ar.

Q. E. II.



Aut brevius.

$\angle o=\angle u$ §94.

$\angle m=\angle n$. p. l. 1.

$\angle x=\angle y$. §154.

Q. E. II.

Caſu III.

Si Anguli conſiſtant in ſemicirculo, eadem eſt, quae Caſus 2di Demonſtratio.

Q. E. III. D.

§275. Theorema 81.

Quadrilaterorum Circulo inſcriptorum ABCD $\angle$li ADC et ABC qui ſunt ex adverſo, duobus Rectis ſunt aequales.



p. Hdmdm.

1) $\angle B + D = 2R$.

2) $\angle A + C = 2R$.

Demonstratio

I. Duc AC itemque BD. §81

$\triangle$li $B + o + x = 2R$. §143.

Sed $\left.\begin{array}{l}\angle o = \angle y \\ \angle x = \angle s\end{array}\right\}$ §274.

$\angle o + x = \angle y + s$. §42. Ar.

Ergo

$\triangle$li $B + y + s = 2R$. §10. Ar.

Sed $y + s = \angle D$. §47. Ar.

Ergo.

$\triangle$li $B + D = 2R$. §10. Ar.

Q. E. I.

II $\triangle$li $A + y + k = 2R$. §143

Sed $\left.\begin{array}{l}\angle k = \angle g \\ \angle y = \angle o\end{array}\right\}$ §274.

$\left.\begin{array}{l}\angle y + k = \angle g + o. \text{ §42} \\ \angle g + o = \angle C \text{ §47}\end{array}\right\}$ Ar.

$\angle y + k = \angle C$. §41. Ar.

Proinde

$\triangle$li $A + C = 2R$. §10 Ar

Q. E. II D.

§276. Corollarium.

Quod si ergo Latus quodlibet Quadrilateri Circulo inscripti v. c. AB producatur in E. §82. erit ∠lus externus EBC aequalis ∠lo interno ADC, qui opponitur ei ABC et deinceps positus est externi EBC.

Quia enim $y+s = 2R.$ §90.

$y+o = 2R.$ §275.

$y+s = y+o$ §41 } Ar.

adeoque $\angle s = \angle o$ §43

§277. Theorema 82.

Super eadem Linea recta AC duo Circulorum Segmenta ABC, ADC similia et inaequalia non constituentur ad easdem Partes.



Demonstratio.

Duc rectam DC secantem Peripherias in B et D. §81.

itemque AB et AD. §80.

Quia Sgmtm ABC ∾ Sgmto ADC p. H.

ergo $\angle o = \angle y$ §275

Q. E. A. per §113.

§278. Theorema 83.

Super aequalibus rectis lineis A
DF ſimilia Circulorum ſegm
ta ADC, DEF ſunt aequalia.



Demonſtratio.

AC = DF. p. H.

Ergo AC congruit DF. §89

Dico ergo et ſegmentum ADC
omnino congruere ſegmento DEF,

Quodſi non congruat, cadet

1) aut extra
2) aut intra
3) aut partim extra aut par
tim intra



Quare

Caſu I. et II. ſi unum extra alterum
tota cadat ſuper eadem recta DF aut
conſtituentur duo ſegmenta ſimilia et
aequalia quorum unum totum intra
vel extra cadit. J. Q. C. A. §277
Caſu III. Si partim extra partim intr
cadit ſecabunt ſe ſphaerae in pluribus
quam duobus punctis nempe in A, E et
Ergo ADC congruit AEF J. Q. C. A. §
Ergo ADC = AEF. §86. Q. E. D.



§279. Problema XXIX

Dato Circuli Segmento ABC describere Circulum cujus est Segmentum.

Resolutio.

1) Subtende rectam AC §81.

2) Diseca illam excitata illi §112. DB.

3) Junge AB §81. et erit

vel $\angle o >r \angle loy$
vel $\angle o = y$ } §39 etc.
vel $\angle o <r \angle loy$



Primum, in Segmento minore in quo BD alias per Centrum transiens E. §251. illud extra se habet per §244.



Secundum in Semicirculo in quo cum AD = DB §26.
ergo $\angle o = \angle y$. §57.100.

Tertium, in Segmento majore in quo BD per Centrum transit per §251. et intra illud constituitur §244. Unde BD > AD. §258.
adeoque $\angle y >r \angle lo\, o$. §115.



Quare in

198

Casu 1.

1) Intra segmentum ad A fac $\angle$lum
$DAE = \angle o$ §107.

2) Produc D ut occurrat Rectae
AE in F. §82.

Dico F esse Centrum Circuli

Demonstratio.



Duc Rectam FC. §81

Quia $\angle g = \angle h = R$. p. C. generalem
et $AD = DC$. p. C. eandem
et $DF = DF$. §40. Ar.
$AF = FC$. §99

Porro, quia $\angle o = \angle DAF$. p. C.
Ergo $AF = FD$. §160.
Sed $AF = FC$. p. d.
$AF = FD = FC$. §41 Ar.

Ergo in F est Centrum. §260.
Q. E. I.

Concursum autem Rectarum
DF et AE ita demonstro:
$\angle k = R$. p. C.
Ergo $\angle o < R$. §147.
Sed $\angle o = \angle DAF$. p. C.
$\angle DAF < R$. §46. Ar.
Ergo $\angle o + DAF < 2R$. §42 Ar.
Proinde AE et DF convergent. §141 Q. E. D.

Casu 2do: Supposita constructione generali quia
$\angle o = \angle y$ p. H.
Ergo DB = AD. §160.
Sed et AD = DC. p. C.
AD = DC = DB. §41 Ax.
Ergo in D est Centrum. §260.
Q. E. II.



Casu 3io
Fac $\angle$lum FAD = $\angle o$. §107.
D. F.

Demonstratio.
Duc Rectam FC. §81.
quia $\angle$lus k = h = R. p. C. G.
et AD = DC. p. C. eand.
DF = DF. §40 Ax.
AF = FC. §99
cumque $\angle o$ = $\angle$ BAF p. C.
Ergo AF = FB. §160
AF = FC = BF §40 Ax
Ergo in F est Centrum §260
Q. E. III D.



Simili autem ratiocinio, quo in Casu I. usi sumus ostenditur AF occurrere BF.



§280. Scholion

Poterat vero Problemati et alia methodo breviore satisfieri ista

1) subtende quascunq. duas Rectas AD, DC. §81.

2) In bisectis illis excita normales DN, EG intra segmentum occurrentes. §112

Dico Centrum esse in puncto intersectionis F. Nam:

DE = EC. p.C. et
GE ⊥ ad DC. p.C.

Ergo in GE est Centrum §251.

sed et DD = AD }
et DN ⊥ ad AD } p.C.

Ergo et in DN est Centrum &c.

Ergo ob unicum Intersectionis mutuae punctum §80.

Punctum F, Centrum est
Q. E. D.

§281 Theorema 84.

In eodem vel aequalibus Circulis, GADC, GHDEF aequales ∠li aequalibus Pphiis h. e. Arcubus in=

sistunt AC et DF sive ad Centra
G et H sive ad Peripherias D et E con
stituti insistant.

Demonstratio

Circulus ADCG = Circ: DEFH p. H.
Ergo $AG = HD$. §26.
$GC = HF$
$\angle G = \angle H$. p. H.

$AC = DF$. §99.

Sed $2 \times \angle D = \angle G$ } §273
et $2 \times \angle E = \angle H$ }
cumq. $\angle G = \angle H$. p. H.

Ergo $2 \times \angle D = 2 \times \angle E$. §41 Ar.
et $\angle D = \angle E$. §45 Ar.
Ergo segmentum ADC ~ Sgto DEF. §245
Ergo Segtm ADC = Sgto DEF. §278
Congruet ergo ADC ipsi Sgto DEF. §88.
Ergo et Arcus ADC ipsi arcui DEF. §4.
Proinde Arcus ADC = Arcui DEF. §86.

Enimvero et
Circulus HDEF = HDEF p. H. cumq.
Circulus HGCD ~ Circ. HDEF. §29. 23.

Ergo congruet AGCD Circulo HDEF. §88.
Ergo et Peripheria ADCQ Peripheria DEFM. §4.
Proinde Periphia ADCQ = Periphia DEFM. §86
Verum Arcus ADC = Arcui DEF p. d.

Arcus AQC = Arcui DEMF §43 Ar.
Q. E. D.





§ 282 Theorema 88

In eodem vel aequalibus Circulis ut D C et HDEF, ∠li qui aequalibus Periph. AC et DF insistunt, sunt inter se aequales, sive ad Centra G et H, sive ad Periph. D et E constituti insistant.

Demonstratio

Salva Arcuum aequalitate aut

$\angle G = \angle H$

aut $\angle G$ <r $\angle$lo H } § 39 Ar.

aut $\angle G$ >r $\angle$lo H

Ponamus $\angle G$ >r $\angle$lo H p. Hyps.

fac ergo $\angle AGI = \angle$lo H. § 10 n.

Proinde Arcus AI = Arc. DF. § 281

Verum DF = AC. p. Hy.

Arc. AI = AC. § 41 Ar.

I. Q. E. A. p. § 47 Ar.

Similiomnino discursu evincitur neq. $\angle G$ <rem esse $\angle$lo H.

Ergo $\angle G = \angle H$.

Q. E1.

Cumq. $2 \times D = \angle G$. § 273.

et $2 \times E = \angle H$. § c.

$2 \times D = 2 \times E$. § 41 Ar.

Ergo et $\angle D = \angle E$. § 45 Ar.

Q. E. ll. d.

§283 Scholion 1.

Hinc, si in circulo ABCD Arcus AB = arc. DC, ducto AD et BC §81 erunt ≈lae.



Ducta enim AC. &c.
Quia DC = AB p. H.
Ergo $\angle x = \angle y$. §282.
Ergo AD ≈ BC. §133.

§284. Scholion 2

Linea recta EF quae ducta ex medio puncto A Arcus alicujus BC Circulum tangit ≈la est rectae Lineae BC quae Arcum illum subtendit.

Nam.



Duc ex Centro D ad Contactum rectam DA, junge DB, DC. §81.
Quia Arcus BA = AC. p. H.
$\angle q = \angle y$ §282.
sed DB = DC. §26.
et GD = GD. §40. Ax.
$\angle x = \angle o$. §99
Ergo $\angle o$ = R. §30.
sed et $\angle$FAG = R. p. H. et 271
$\angle o = \angle$FAG. §92.
Quare BC ≈ EF. §133.



cf. Fig §285

§285. Theorema 86.

In eodem vel æqualibus Circulis GADC et HDEF æquales Rectæ AC, DF æquales Pphias h. e. Arcus auferunt, majorem quidem ADC majori DEF, minorem autem AJC minori DKF.

Demonstratio

Duc Radios AG et GC, } §81.
item DH et HF }
Quia Circ: GADC = Circ: HDEF p. H.
Ergo AG = DH } §26.
GC = HF }
Sed et AC = DF. p. H.

∠G = ∠H. §106.
Ergo Arc AJC = Arc. KDF. §281.
Cumq. Pphia ADCA = Pphia DEFD p. H. ad §c.
Ergo et
Arcus ADC = Arc DEF. §43 Ax. 2 El. et 112.

§286. Theorema 87.

In eodem vel æqualibus Circulis GADC et HDEF æquales Arcus ADC et DEF æquales Lineas Rectas subtendunt AC, et DF.

Demonſtratio.

Duc radios GA, GC.
itemq HD et HF } §26. 81.

Arcus AIC = Arc. DKF. p. H.
∠ G = ∠ H. §282.
ſed GA = DH }
GC = HF } §26.
Ergo AC = DF. §99.
Q. E. D.

§287. Problema XXX.

Datum Arcum ABC biſecare.

Reſolutio.

1) Duc AC. §81.
2) Biſeca in D. §112.
3) Excitatumq §e. Perpendiculum produc ad Concurſum usq Arcus dati in B. §82. Q. F.



Demonſtratio.

Ductis AB et BC. §81.
Quia AD = DC. p. C.
∠ x = ∠ o. p. C.
et BD = BD §40. Ar.
AB = BC. §99.
Ergo Arc. AB = Arc. BC. §285.
Q. E. D.

§288. Theorema 88.

In Circulo 1) Angulus ABC, qui est in Semicirculo, Rectus est.

2) Qui autem in majore Segmento est BAC minor recto est

3) Qui vero in minore Segmento est BFC major Recto est. et insuper.

4) Angulus majoris Segmenti major Recto.

5) Angulus minoris Segmenti minor erit Recto.



Demonstratio.

Produc AB in E. §42.

Ergo $\angle EBC = \angle A + \angle x$. §142.

Duc BD. §81.

Quia $BD = DA$. §26.

Ergo $\angle o = \angle A$. §100.

et Quia $BD = DC$. §26.

$\angle y = \angle x$. §100.

Ergo $\angle o + \angle y = \angle A + x$ §42. Ar.

Sed $\angle o + \angle y = \angle ABC$. §47. Ar.

et $\angle x + A = \angle EBC$. p.d.

$\angle ABC = \angle EBC$ §41 Ar.

$\angle ABC = R$. §38. Q. E. 1.

& $\angle ADC = R$. p.d.
Ergo $\angle A$ $<$r R. §147.
Q. E. II.

ADFC est Quadrilaterum Circulo inscriptum
Ergo $\angle A + F = 2R$. §275
Verū $\angle A$ $<$r R. p. Cas. II.

Ergo $\angle F$ $>$r R. §43. Ar.
Q. E. III.

Arcus ADFC = Arc CGA. §84
Arcus ADFC $<$ CGA + AD. §47. Ar.
$<$ CGAD.

Angulus h. e. majoris segmenti $>$r R.
Q. E. IV.

Simili Discursu
Arc. DFC $<$ ADFC. §47. Ar.

Angulus h. e. minoris segmenti $<$ R.
Q. E. V. et D.

§289. Theorema 89.
Si in Circulum tetigerit aliqua recta Linea AB, a Contacta autem C producatur quodam recta Linea CE Circulum secans:

Anguli ECB et ECA, quos ad contingentem facit, æquales ſunt iis, qui alternis circuli ſegmentis conſiſtunt angulis: EDC, EFC.

Demonſtratio

Dantur duo Caſus aut
1) CE tranſit per Centrum
2) CE non tranſit per Centrum.

Quare in Caſu 1mo

$\angle ACE = \angle BCE = R.$ §271.
Sed $EDC = EFC$ §84.
$\angle o = \angle x = R.$ §288.

$\left.\begin{array}{l}\angle ACE = \angle x \\ \angle BCE = \angle o\end{array}\right\}$ §92.

Q. E. I.

Caſu 2do I. Ducta Diametro CD et DE recta §81.
Ergo $DC \perp$ ad AB. §271
et $\angle y = R.$ §288.
Ergo $\angle DCB = y.$ §92.
Sed $\angle o + p. = y.$ §147. Ar

$\angle DCB = \angle o + p.$ §41 Ar
$\angle p = \angle p.$

$\angle ECB = \angle o.$ §43. Ar. Q. E. D.

cf. Fig I. hujus §phi.

dem similiter demonstrabis de quo-
unq; alio Angulo ejusdem v. c. n.

Quia enim $\angle n = \angle o$. §274.

atq; $\angle o = \angle ECB$ p. d.

B $\angle n = \angle ECB$. §41 Ar.

□DCFE est Quadrilaterum inscriptum Circulo.

Ergo $\angle o + x = 2R$. §275.

sed $\angle ECA + ECB = 2R$. §93.

$\angle o + x = \angle ECA + ECB$. §41 Ar.

$\angle o = \angle ECB$ p. Cas. II. m. 1.

$\angle x = \angle ECA$. §43. Ar.

Q. E. III D.

Ergo. Problema XXXI

Super data recta Linea AB describere Circuli segmentum AQB quod capiat ∠lum ADB, æqualem ∠lo rectilineo C.

Resolutio.

) Ad datæ AB punctum extremum v. c. A constitue ∠lum DAB = ∠lo C. §107.



2) Ex A duc AE ⊥ ad AD. §158

3) Ad alterum punctum D fac ∠o = x, §107 cujus alterum Latus secet AE

4) Intervallo DF aut AF æquali per § describe Circulum. §83.

Dico Sgmtm AQIB esse quæs tum et quemlibet ∠um AQB, AI in ipso descriptum esse ∠o C, dato, æqualem

Demonstratio.

AD ⊥lis ad AE. p. C.
Ergo AD est Tangens Circuli §268.
et AB secans ejusdem. §241.

Ergo ∠BAD = ∠AIB. §289.
∠BAD = ∠C.

∠AIB = ∠C. §41. Ar.
2 El.

∠AIB = ∠BQA. §274.

∠BQA = ∠C. §41. Ar.
2. Ell. D

Rectarum autem concursus ita demonstrabitur.

✠ ✠

✠ ✠

∠EAD = R. §268.

∠x ∠r ∠to R. §40 Ar.
sed ∠x = ∠lo o p. C.

∠x + o less 2 R. §42. Ar.
Ergo AF et FD convergunt §141.

§291. Problema XXXII

A dato Circulo ADC segmentum AQDC abscindere, quod capiat Angulum D aut ∠lum Q aequalem dato rectilineo D.

Resolutio.

1) Duco Tangentem EF. §270.

2) In contactus puncto A fac ∠lum CAF = ∠lo D. §107. cujus latus CA secet Circulum datum.

3) Dico Rectam CA auferre sgmtm imperatum, cujus quilibet ∠lus AQC, ADC = ∠lo D.





Demonstratio.

Quia EF = Tangenti p. C.
AC = secanti p. C.
Ergo ∠CAF = ∠ADC. §289.
∠CAF = ∠D. p. C.
∠ADC = ∠D. §41 Ar. Q-E-1.

∠ADC = ∠AQC. §289.
∠AQC = ∠lo D. Q-E-||D.

§292. Theorema 90.

Si in Circulo ABCD duo Recto
AB, DC ſeſe mutuo ſecuerint, A
angulum comprehenſum ſub ſegm
tis AE, ED unius, æquale eſt ei, quo
ſub ſegmentis CE, ED alterius com
prehenditur Rectangulo.



P. Hdmdm.
$AE \times EB = CE \times ED$

Demonſtratio.

Dantur IV Caſus autenim
1) Vtraq et AB et CD per Centrum tr
ſit.
2) Altera per Centrum tranſit et al
teram bifariam ſecat.
3) Altera per Centrum tranſit et a
ram inæqualiter ſecat.
4) Neutra per Centrum tranſit.

Quare in



Caſu I. Demonſtratio per ſe man
feſta eſt utraq enim Recta per
Centrum tranſeunte p. H.

erit: $\left.\begin{aligned} AE &= EC \\ BE &= ED \end{aligned}\right\}$ §26.

$AE \times BE = EC \times ED$. §175.
et §44. Ar. Q. E. I.

Casu 2do. Tranſeat AB per Centrum F, ſecetqꝫ alteram CD bifariam in E.

Duco ergo Rectam FD. §81.

Quia AB per Centrum tranſit p. H.

erit AB in F ſecta aequaliter §250.
eademqꝫ in E ſecta inaequaliter
atqꝫ ad ∠los R. §254.



Quare

$AE \times EB + EF^2 = FB^2$. §212.

ſed $FB = FD$. §26.

$FB^2 = FD^2$. §44. Ar: 175.

$AE \times EB + EF^2 = FD^2$. §41 Ar.

$FD^2 = EF^2 + ED^2$. §189.

$AE \times EB + EF^2 = EF^2 + ED^2$. §41 Ar.

$EF^2 = EF^2$. §40. Ar.

$AE \times EB = ED^2$. §43. Ar.

Verum $ED^2 = ED \times ED$

et $ED = CE$ p. H.

Ergo $ED^2 = CE \times ED$. §10 Ar.

Ergo tandem

$AE \times EB = CE \times ED$. §41 Ar.

Q.E.D.

Casu 3io Transeat ut ante AB per
Centrum F, secetq; alteram inaequ
liter in E. Ergo
ducta ex Centro Hi FG ad CD §119.

$CG = GD$. §254.

Ergo

$AE \times EB + EF^2 = FB^2$ §212

$FB^2 = FD^2$. §26. G. 44 Ar

$AE \times EB + EF^2 = FD^2$. §41 Ar.

$FD^2 = FG^2 + GD^2$. §189.

$AE \times EB + EF^2 = FG^2 + GD^2$. §41 Ar

$GD^2 = CE \times ED + GE^2$. §212.

$AE \times EB + EF^2 = FG^2 + CE \times ED + GE^2$ §100

$EF^2 = FG^2 + GE^2$. §189.

$AE \times EB = CE \times ED$. §43 Ar

Q.E.III.

Casu IVto Si neutra per Centrum tran
seat.
Per Centrum §250. inventum et in
tersectionem mutuam E duc rect
GH. §81, 82. Ergo

$\left.\begin{array}{l} GE \times EH = AE \times EB \\ GE \times EH = CE \times ED \end{array}\right\}$ p. Cas. III.

$AE \times EB = CE \times ED$. §41 Ar

Q.E.IV.D.

§293. Theorema 91

Si extra Circulum EBC sumatur punctum aliquod D, ab eoq. pcto ad Circulum cadant duo rectae Lineae DA et DB, quarum altera DA Circulum secet, altera vero DB tangat, quod sub tota Secante DA et exterius inter pctm. D. et convexam Pphiam assumta Recta DC comprehenditur Rectangulum aequale ē ei, quod a Tangente DB describitur, Quadrato.



Demonstratio

Dantur duo Casus, aut enim
1) Secans DA transit aut
2) Eadem DA non transit per Centrum E.

Ponamus ergo in Casu I DA transire per Centrum E. Ergo CE = EA §25. 26
Ducat. Contactus pctm B radium EB. §81. Ergo
DB ⊥ ad EB. §271





Ergo
$DE^2 = BE^2 + DB^2$ §189.
Cumq AC sit bisecta in E p. d
atq CD adjecta p. H.

$DE^2 = AD \times DC + EC^2$ §218.

$AD \times DC + EC^2 = BE^2 + DB^2$ §41 Ar.
sed $EC^2 = BE^2$ §26 G. 44 Ar.

$AD \times DC = DB^2$ §42 Ar.
Q. E. I.

Casu IIdo DA non transire per E
Ductis EB, EC, ED §81. itemq
$DB \perp$li ad BE §119.
atq $EF \perp$li ad AD §c. erit
$CF = FA$ §211.

Quare
$DB^2 + BE^2 = DE^2$ §189
$DE^2 = DF^2 + FE^2$ §c.

$DB^2 + BE^2 = DF^2 + FE^2$ §41 Ar.
sed $DF^2 = AD \times DC + CF^2$ §218.

$DB^2 + BE^2 = AD \times DC + CF^2 + FE^2$ §10 Ar
sed $CF^2 + FE^2 = CE^2$ §189
et $CE^2 = BE^2$ §26 G. 44 Ar.

$DB^2 + BE^2 = AD \times DC + BE^2$ §41 Ar.
Ergo $DB^2 = AD \times DC$. §43 Ar
Q. E. D.



§294. Corollarium 1.

Hinc si a puncto quovis A extra Circulum assumto plures Lineae rectae AB, AC, AF circulum secantes, ducantur Rectangula sub totis Lineis AB, AC, AF et partibus externis AE, AG, AH comprehensa sunt inter se aequalia. Duc enim Tangentem AD §270.

$$\left.\begin{array}{l} \text{Ergo } AD^2 = AB \times AE. \\ AD^2 = AC \times AG. \\ AD^2 = AF \times AH \end{array}\right\} \S 293.$$

$$AB \times AE = AC \times AG = AF \times AH.$$

§41 Ar.



§295. Corollarium 2

Duae Tangentes AD et AC, ab eodem extra Circulum pto A, ductae sunt inter se aequales: Nam ducta secante AD. §241. erit

$$\left.\begin{array}{l} AD^2 = AD \times AE \\ AC^2 = AD \times AE \end{array}\right\} \S 293.$$

$$AD^2 = AC^2 \ \S 41 \text{ Ar}$$

$$AD = AC \ \S 197.$$



§296. Corollarium 3.

Sic etiam patet ab eodem extra Circulum assumto puncto A duas solummodo duci posse Tangentes AB et AC. Ponamus enim plures AB: et AD. Ergo

AD = AB
& AB = AC } §295.

Ergo AD = AB = AC. §41 Ar.
I. Q. E. A. per §259.

§297. Corollarium 4.

Et tandem liquet, si duae rectae Lineae aequales AB, AC ex puncto quopiam A extra Circulum assumto in Convexitatem Circuli incidant, et earum altera AB ipsum tangat, et alteram eundem tangere. Quod si enim fieri possit, non AC sed alia quaedam AD Tangens esto. Ergo

AD = AC. §295.
Sed AB = AC. p. H.
AD = AC = AB. §41 Ar.
I. Q. E. A. §259



Aliter demonstrabitur per ~~in~~ directum

AB = AC p. H
AD = AD
BD = DC
B = C
B = R
C = R

§298. Theorema 92.

Idem de conis evincetur, quippe qui tertiam cylindrorum suorum partem constituunt §501.
Q. E. D.

418.



§508. Theorema 166.

Sphæræ sunt in triplicata ratione diametrorum.

Demonstratio.

Sit circulo ABCD quadratum EFGH circumscriptum §319. Concipe semicirculum ADC cum dimidio quadrato EACH circum axem communem AC in orbem moveri; illa sphæram ABCD §420. hoc autem cylindrum ENPH §424. describet, ita ut altitudo sit basis diametro æqualis.

Pone alium semicirculum WYX et dimidium quadratum MWXY illi circumscriptum §319. sphæram §420 XYWZ atque cylindrum MNV §424. describere.

Quia HC : CA = 1 : 2 } p. C.
et MW : WX = 1 : 2 }

HC : CA = MW : WX §144 ar.
Ergo Rect. HCA ∾ Rect. MWX. §341.
Ergo et Cyl. HCN ∾ Cyl. MNV. §518. 519.
Pari ratiocinio cum omnes circuli

sint inter se similes §78. 79.
producti scil. ex Motu recto cir-
ca punctum fixum §23.
adeoque et semicirculi p. dem. ad §84.
Ergo Sphaera ADCO eodem modo
determinatur quo Sphaera XY
WZ §78. Ergo.

$ADCO : XYWZ = XN : MN$ §148 Ar.

$XN : MN = XP^3 : MV^3$ §80 b.

$ADCO : XYWZ = XP^3 : MV^3$ §144 Ar.

Sed $XP = XE = AC$ p. dem. ad §319.

Ergo $XP^3 = AC^3$ §4 Ar.

Similiter $\left.\begin{array}{l} MV = WX \\ MV^3 = WX^3 \end{array}\right\}$ §. § cc.

Sph. $ADCO$: Sph. $XYWZ = AC^3 : WX^3$ §10 Ar.

Q. E. D.

Finis Geometriae Theoreticae.

Theoreticæ Geometriæ Exercitaturis
Signum erit d vel θ.

Q. D. D. V.

Elementa Geometriæ Practicæ

Caput I.

De linearum et Angulorum Dimensione atque Constructione.

§.1. Definitio I.

Mensura Linearum est Recta longitudinis arbitrariæ in minores partes pro lubitu dividenda et subdividenda. Hodie a Practicis Geometris in 10 æquales partes, quæ pedes vocantur, unde integra illa Recta et Decempeda audit; Pes in 10 Partes, Digitos dictos; Digitus in 10 alias æquales, Linearum nomine notas, subdividitur.

§2. Scholion.

Definivimus §1. mensuram Geometricam, quam magno calculi compendio primus Simon Stevinus introduxit. Differt autem illa Mensura a plurimarum Gentium divisionibus. Sic enim quamlibet propoſitam menſuram v. c. Pariſinam aut Auſtricam in decem æquales Partes divideret, ſubdividere ſit longe expeditiſſimum. §364. & ut hoc modo tota Pariſina Longitudo aut Auſtriaca Geometricæ noſtræ ſit æqualis, ſubdiviſæ tamen Partes noſtræ decimales non æquabunt illas Partes cum illa quidem in 12 hæc in 16 etc. Minores particulas abeat, utrinque noſtris decimalibus minores. Quamobrem omnino conſulendi qui varias menſurarum differentias expoſuerunt. Quorum in Numerum referendi ſunt præter Auctores a Wolffio Sel. Geom. excitatos Doegen in Architectura Militari, Schwenterus in Geometria practica, Claudius Perault in Tractatu de Arte Libellandi gall. quem Wolffius in Tabula mox exhibenda ſequitur.

Simieno Wietz in Artelleria, Mallet in Geom. pract. Johan Georg Trutmann in Geometria repetita p. 279–288. Dantisc. 1739. 8. Andr. Celsius cujus Excerptum dant die Hamburgischen Beyträge zum Aufnehmen der Gelehrten Historie und Wissenschaften ad Ann. 1740. p. 607. seqq. aliiq. plures minore tamen adcuratione usi.

En potissimorum Europae Pedum Tabulam ex Wolfio l.c. Dublium Partium est.

Parisinus . . .	1440 talium
est Rhenanus . .	1391 $\frac{3}{10}$
Romanus . .	1320.
Londinensis . .	1350
Suecicus . . .	1320
Danicus . . .	1403 $\frac{2}{5}$
Venetus . .	1540
Cstanus . .	3140
Bononiensis . .	1682 $\frac{2}{5}$
Argentinensis . .	1282 $\frac{3}{4}$
Norimbergensis .	1340 $\frac{3}{4}$
Dantiscanus .	1271 $\frac{1}{2}$
Halensis . .	1320.

Hic quoque Diſcrimen notes velim
Perticam inter atque Decempeda
Perticam dico Menſuram civilem
maximam agrimenſoriam in 1
bus aequales partes diviſam et
ſubdiviſam: Decempedam autem
menſuram eandem quidem ma-
ximam agrimenſoriam, ſed ſe
cundum rationem decuplam di
viſam et ſubdiviſam. Sit v.c. Pes
Pariſinus in 12 partes aequales ſu
diviſus duodecim pedes hoc mod
diviſos dicam Perticam Pariſi-
nam. Sit autem idem pes Pari-
ſinus in 10 aequales partes ſubdivi
ſus decem pedes m. diviſos dica
Decempedam Pariſinam. Simili-
ter in reliquis.

§3. Hypothesis.

Perticas itemq; Decempedas
ſignificabimus
circello ſuperius adſcripto: °
Pedes commata uno, '
Digitos commatibus duobus. ''

Lineas tribus: ''' numerorum Apicibus et extrorsum adscriptis sic 7° 9' 3'' 2''' significat septem Perticas vel Decempedas, novem Pedes, tres Digitos atque duas Lineas.

§ 4. Problema 1.

A dato puncto ad datum Pctm rectam Lineam ducere.

Resolutio.

I In Charta

Recta linea ducitur secundum Regulam ad data duo Puncta applicatam Graphio, Penna aut Plumbagine.

II In ligno vel Saxo.

Funem vel filum Cerussa, Creta vel alio Colore delibutam in extremis Rectae describendae Punctis applicatum extende, medium illius digito prehensum eleva moxque demitte atque Cerussae aut Cretae Vestigia Lineam designabunt.

III In Campo.

Ducitur Recta Baculorum ope ad Horizontem normaliter



infixorum. Per Definitionem Recte Platonis §15. Θ. Quo vero Baculi normaliter infigi possent, utantur Cippo ligneo cujus alterum Planum ADCD secundum superficiem Baculorum excavatum est, alterum autem BDEZ normalem habet NO in cujus extremo N perpendiculum F suspenditur ope fili NG, id quod congruere debet normali NO cujus Operationis Ratio pendet a §440. Θ. Ut autem extremitates Rectarum longiorum videri possint, summitatibus Linteum album Vexillum vel Charta nitidior applicatur.

Vid. Malletum T. I. Geometr. pract. add. Pentherum et Leutmannum in Geometr. pract. qui Baculorum summitates vexillis versicoloribus ornant, quodquod et ipsos nigro alboque colore tinctos esse volunt.

§5. Problema II.

Scalam Geometricam construere.

Resolutio.

1) Duc Rectam infinitam AF, inq; illa abscinde 10 partes aequales decem harum partium intervallum h.e. AB transfer ex D in C et C in D quoties libuerit in Recta AF.

2) In A excita ∠lem §§158 G arbitrariae Longitudinis AH illamq; in decem aequales partes subdivide.

3) Per Divisionum Puncta 9, 8, 7, 6 ff age ∥las cum AF. §135 G.

4) In ultimam illarum HF transfer 10 partes partibus Rectae AB aequales.

5) Tandem Puncta: gA; 8, 9; 7, 8; 6, 7; 5, 6; ff junge transversis item q, CD, BC, CD, AF 9 ff §81 G. vel per §135 G. D. F.

Demonstratio

D1 = 1,2 = 2,3 = 3,4 ff = $\frac{1}{10}$ AB

D. C.

assumendo itaq; AB pro Decempeda erit

D1. pes unus

D2 pedes duo

D3 pedes tres ff §1.

Q. E. I.

$\alpha\beta \approx D1$. p. C. Ergo

$\angle C\alpha\beta = \angle CD1$. §132. G.

$\angle 1CD = \angle 1C\alpha$. §40. Ar.

$\triangle C\alpha\beta$ simil. $\triangle 1DC$. §155. 305. G.

Ergo

$CD : D1 = C\alpha : \alpha\beta$. §352. G.

$CD : C\alpha = D1 : \alpha\beta$ §150. Ar.

sed $CD : C\alpha = 1 : \frac{1}{10}$ p. C.

$D1 : \alpha\beta = 1 : \frac{1}{10}$ §144. Ar.

Similiter ostendetur.

$\varepsilon\zeta = \frac{4}{10}$ ipsius $D1$.

$\gamma\delta = \frac{9}{10}$ ejusdem $D1$. etc.

$\alpha\beta =$ uni
$\varepsilon\zeta =$ quatuor } Digitis §1.
$\gamma\delta =$ novem } Q. E. D.

§. 6. Scholion 1.

Quodsi et lineas desideres assumenda est AD pro pede, inde per modo demonstrata $D1, 4, 5, 2, 3$, etc. erunt Digiti: Lineae autem $\alpha\beta$, $\varepsilon\zeta$, $\gamma\delta$ atque decuplum ipsius AD hoc est AW decempedam constituet per §1.

§7. Scholion 2.

Similiter datis ſubdiviſionibus menſuræ cujusdam civilis conſtruetur Scala illius AB vel AH ſubdividendo in 12 aut 10 particulas pp æquales ut inde Scala Rhinlandica aut Norica fiat cf. §.2.

§8. Problema III.

Lineam rectam propoſitam metiri.

Reſolutio.

I In Charta. Eſto Recta data CM.

1) Detoccepta Circino Rectæ datæ extremum alterum C, ita applica in Punctis Rectæ ED, AC, ED, AH pp Scalæ §5 conſtructæ ut alterum Pctm M in Pcto quodam Linearum transverſarum E1; 1,2; 2,3; 3,4 pp terminetur h.e. ut data Recta uni illarum congruat.

2) Numeratis partibus iſtis.

D. 7. p 8 9 0

eg. ſunto AB = BC = CD pp Pedes applicato Pcto M in Recta ED



Puncto k, apparet alterum extremum pertingere usq; in i, Lineæ transverſæ 8, 4: erit ergo.

ik = LM. §90 et 81 θ.
ſed ik = 2' 3'' 8''' per Obſerv. et 83.
LM = 2' 3'' 8'''. §40 Ar.

Similiter
Recta xy altero ſui Extremo ſe condet in Recta ML Pctm q; altero in transverſa Linea 8, 9; Pctm o: cum ergo
qo = 5' 8'' 5''' Ergo
xy = 5' 8'' 5'''. §§ c.c.

II In Campo.

1) Erectis in utroq; Lineæ menſurandæ Extremo Baculis, plures intermedios ſi longior fuerit, ſtatue, in eadem Recta quod fiet, ita ſi collocaveris intermedios, ut ab extremorum alterutro obumbrentur §15. θ

2) Catenam ita quidem extende ut duos proximos Baculos aut plures intermedios ad ∠los R. ſecet, id quod applicando Perpendiculum §4. deſcriptum innoteſcet.

3 Numera Decempedas vel Perticas, Pedes, Digitos atque Lineas, factumque erit.

Ad manus tamen esse debet Pes ligneus vel metallicus secundum Rationem Decempedae vel Perticae in Digitos et Lineas subdivisus /: ein Zollstäbchen :/ cujus scili: illarumque ope Partes ultimo Pedes, si quae super fuerint, innotescant. Caeterum de Catenis omnia dicentes Mallet T. I. Geometr. pract. et Bion part I. des Mathematischen Werck Schul.

§9. Problema IV.

Data Longitudine Lineae in Mensura quadam v. c. Parisina invenire eandem in Mensura alia v. c. Londinensi cujus ad priorem datur, seu nota est ex §2 Ratio.

Resolutio

Esto Linea data = 200 Parisinorum quaeritur: quot Pedes Londinenses conficiet?



Quia
Pes Paris : Ped. Lond = 1440 : 1350 &c
= 16 : 15. Sibod.
h.e. Qualium Particularum est
Pes Parisinus 16 talium tantum
est Londinensis 15. Ergo Parisinus
Pes major Londinensi § 1 ctr.
Ergo per § 321 A
15 : 16 = 200 : Pedes Lond.

```
  16
 )3200(213 5/15 = 213 1/3 =
  30
  ---
   20
   15          Ped Lond.
   --
    50
    45
    --
     5
```

§10 Problema V.

Longitudinem Decempeda Rhenana Parisina Londinensi aut alia mensuratam in Pedes Rhenanos, parisinos, Londinenses, aut alios ordinarios seu Pertiva alius Gentis aut Civitatis convertere vel contra.

Resolutio.

Membrum I.

1) Quare Rationem Decempedæ ad pedes ordinarios s. q. i. e. civiles, Perticam conſtituentes § 2.

2) Infer: Ut Pedes Decempedæ ad Pedes Perticæ ejusdem Gentis aut Civitatis ita Longitudo, pedibus Decempedæ inveſtigata ad Longitudinem Pedibus Perticæ ordinariæ exhibendam § 314. A. S. F. C. A. P.

Schema Operationis.

Sit Longitudo Decempeda Rhenana menſurata = 105. Quaeritur: Quot Pedes Rhenanos Perticæ s. ordinarios Rhenanos conficiet.

Quia Ratio Decempedæ Rhenanæ ad Perticam Rhen = 10:12.

Ergo

$1\cancel{0} : 12 = 105$: Ped Rhen. ord

$\begin{array}{r} 12 \\ \hline 210 \\ 105 \\ \hline 126\cancel{0} \end{array}$ hoc eſt

126 Pedes Perticæ Rhenanæ.

✗ ✗

✗ ✗

Sit Longitudo Decempedæ Londinenſi menſurata $= 177\frac{7}{9}$: quot conficiet Pedes Londinenſis Perticæ. Quaere.

$10:12 = 177\frac{7}{9}$: Ped Lond Pert.

$10:12 = \frac{1600}{9}$: Ped Lond Pert.

$9\cancel{0} : 12 = 1600$ § 162 Ar.

$\begin{array}{r} 12 \\ \hline 3200 \\ 16 \\ \hline 1920\cancel{0} \\ 18.. \\ \hline 12. \\ 9. \\ \hline 30 \\ 27 \\ \hline 3 \end{array}$ | $213\frac{3}{9}$ h. e. $213\frac{1}{3}$ Pedes Lond Perticæ

Membrum 2.

Observatis, quæ ad Membr. 1. N. 1. dicta sunt, infer N. 2. sed invertendo 3140 ctr factumq erit per 3140

Schema Calculi

$12 : 10 = 126 :$ Ped Decemp. Rh.

$\frac{10}{\cancel{1260}}$ | 105 Ped Dec. Rh

Similiter Pedes Londinenses Perticæ $213\frac{1}{3}$ reducendæ esse ad Pedes Londinenses Decempedæ. Ergo per Auctores citatos

$12 : 10 = 213\frac{1}{3} :$ Ped L. Dec.

$12 : 10 = \frac{640}{3} :$ Ped Lond Dec.

$36 : 10 = 640 :$

$\frac{\cancel{3}0}{6400}$ | $177\frac{28}{36}$

36

280

252 $\quad 177\frac{7}{9}$ Ped

280

252

28

§11. Scholion.

De differentia inter Perticam atque Decempedam dictum est §2. Hoc tamen adhuc notandum, magnum nonnunquam discrimen intercedere inter decempedam alicujus Gentis atque Geometricam, hoc enim arbitrariæ omnino Longitudinis eſſe poteſt modo in decem partes et ita deinceps ſit ſubdiviſa §1. illa vero Longitudinem Legibus ſancitam æquare debet, licet et ipſa in decem partes æquales et ita deinceps ſubdividatur.

§12. Problema VI.

Menſuratam Decempeda v.c. Londinenſi Lineam ad Perticas alius ro Pariſinos Pedes reducere.

Reſolutio

1) Longitudinem datam decempedali Menſura h.l. Londinenſi expreſſam reduc ad Pedes ordinarios Londinenſes §10.

2) Inventos reduc ad Pariſinos §9.

Factumque erit.

16.

Schema Calculi.

Sit Linea Decempeda Londina
si expressa $= 177\frac{7}{9}$ Ergo per
Membrum 1.

$10 : 12 = 177\frac{7}{9}$: Lond. Pert. or
$9 : 12 = 1600$
$\underline{12}$
3200
16
$)19200(\ 213\frac{3}{9} = 213\frac{1}{3}$.
177
Ped. Lond. in ordin.
atq per Membr. 3.
$1440 : 1350 = 213\frac{1}{3}$: Ped. Par.
$16 : 15 = 213\frac{1}{3}$: Ped Par ord
$48 : 15 = 640$:
$\underline{15}$
3200
64
$)9600(\ 200$ Pedes
Parisin. ord.

§13 Problema VII.

Decempeda Geometrica me
ratam longitudinem in ordi
narios Perticas alicuius civi
datæ Pedes resolvere.

Resolutio.

1) Quaere Decempedae ad datam Perticam Rationem

2) Ad Rationis inventae Terminos et mensuratam Longitudinem, quaere quartum ppalem. § 314. Ar.

D. F.

Schema Operationis.

Ponamus v. e. Decempeda Geometrica quadam in Agro Londinensi mensuratam esse Longitudinem 36 Decempedarum: quaeritur; quot Perticas aut Pedes Londinenses ordinarias conficient illa 36 Decempedae Geometricae?

Ponamus duas Decempedas efficere tres Perticas Londinenses.

Ergo

Illius ad hanc Ratio = 2:3

Quare p. Memb. 2.

2:3 = 36 : Pert. Lond.

h. e.

1:3 = 18 : 54. § 162. 314. Ar.

Similiter in aliis.

§14. Problema VIII.

Ex dato in Recta AB puncto G normalem excitare.

Resolutio

I In Charta

Modus 1.

1) Circini crus utrumque super Recta AB utcunque constitue in D

2) Intervallo DG describe Circu §83 Th. secantem Rectam AB in R.

3) Applicata in D et R Regula interseca Pphiam in C.

4) Duc Rectam CG §81 Th.

D. F.

Demonstratio

Duc Rectam CR. §81. Th.

eritque RGC = $\frac{1}{2}$ Circulo §~~94~~. Th.

Ergo ∠ RGC = R. §288. Th.

Ergo CG $\perp$lis ad AB. §444 Th.

Q. E. D.

Demonstratio 2.

Eadem est quae §158 Th. si ducatur DG. §87 Th.

Q. E. D.

Modus 2dus.

1) Normae Angulum in Pcto G. Rectae AB ita applica ut crus alterum QG, Rectae GA vel GB coincidat.

2) Duc GF §81 secundum crus Normae alterum P.R

D. F.



Demonstratio

∠us Normae QGR = R. p. s. mechanicam

∠us Normae QGR congruit ∠lo AGF.

∠us AGF = R. §87.92. B.

Ergo GF ⊥lis ad AB. §44.46 A.

Q.E.D.

II In campo

Modus 1.

Expeditissime Problemati satisfit adhibendo majorem normam, qua fabri lignarii utuntur, atque illius crus alterum QP juxta Lineam datam AB fune aut catena designatam in Pcto G applicando et juxta crus alterum P.R, funem. cf Fig prox. antec.



atium GF extendendo

Esse enim GF normalem ad AB patet ex Demonstratione proxime antecedente.

Modus 2dus.

1) Ex puncto dato G accipe Catena vel fune aequalia Intervalla GD et GC.

2) funiculi hujus vel Catenae extrema in Pctis D et C firma

3) Extensi deinde funiculi vel Catenae Dissectionis Pctm E ~~F~~ Gacatonata. D. F.

Demonstratio

Quia ED = EC p. C.

Ergo ∠o = ∠y. §100 G.

Sed DG = GC p. C.

∠x = ∠u. §99. G

EG $\perp$lis ad AD. §38. 44. G.

Aliter

DG = GC } p. C.

DE = EC }

EG = EG §40. G

∠x = ∠u. §106 G.

EG $\perp$lis ad AD. §38. 44. G.

Q. E. D.

§15. Scholion.

Normæ autem h. m. probatur:

1) Describe in Papyro bene extensa aut si majores fuerint in assere planissimo qua fieri potest Graphii aut Plumbaginis subtilitate super quavis Linea recta semicirculum §88. G. AXY.

2) Ex quolibet Peripheriæ puncto x assumto et externis Diametri A et y duc rectas Ax et xy §81. G. erit ergo.

$\angle x = R.$ §288 d.

3) Verticem Normæ Q applica in x et Crura QP et RQ in Cruribus Ax et xy.

Quod si Crus cruri utrumque utrique congruat Norma continebit ∠um Rectum, uti quidem liquet ex §§87. 92. G adeoque exacta erit.

Sufficit etiam alio quocunque modo Geometrico v. c. §119. 120 aut 158 G Angulum Rectum subtiliore Graphio aut Plumbagine

deſcripſiſſe, atq; dicta modo ra
ne Normam ad illam applicatam
examinaſſe

§16. Problema IX.

Ex dato ſuper Recta AB Pcto E li
neam normalem in campo dem
tere Reſolutio.

Modus 1.

1) Eadem ex E. Funiculi vel Cat
Extenſione nota Puncta D et
C in Recta AB.

2) Diſeca DC in G, quod fiet ſem
complicando funiculum DC,
atq; ex D verſus C aut v. v. ex
C, verſus D eidem Rectæ AB
applicando in G.

Dico EG normalem ad AB, uti
patet ex Demonſtrationibus
ultimis §i 14.

Modus 2dus

Normæ majoris crus alterum
NF ita ſtringat Rectam AB

ut Funiculus vel Catena ex Pcto C extensa Crus alterum FG stringat.

Dico CF esse normalem ad AD demissam; idquod patet ex demonstratione Modi 2di Resolutionis in Charta §14.



§17. Problema X.

Cum Recta AD per datum extra eam Pctm C ducere parallelam.

Resolutio.

I In Charta.

Modus 1.

1) Ex C describe Arcum OM, qui rectam AD tangat in R. §850.

2) Ex quodlibet alio Pcto Rectae AD v.c. Q eodem radio CR describe alium Arcum GF. &c.

3) Applicata Regula in C et GF duc Rectam CS ita ut Arcum GF contingat in H.

D. F.





Demonstratio.

AD tangit OM. p. C.
Ergo CR ⊥lis ad AD. §241. G.
CS tangit GF. p. C.
Ergo HQ ⊥lis ad CS. §G.
Sed CR = HQ. §26. G.
et CR atq HQ sunt Distantiae
Rectarum CS et AD. §44.123
Ergo AD ∥ CS. §125 G.

Q. E. D.

Modus° 2.

1) Trianguli Rectanguli HIK Cathetum HI applica Rectae AD vel Parti congruat, sic et

2) Applica Hypothenusam HK Regulam OM atq juxta hanc immotam promove Quan HIK donec eadem Cathetus per C transeat.

3. Duc secundum istam HI. per C Lineam CS. §81.

Dico CS ∥ AD.

Demonstratio



$\angle JHK = \angle IJK$. §70 Ar.

CM eſt Recta transverſa ſecans HB et AD pl.

Ergo

$CB \bumpeq AD$ §133.

Q.E.D.

Optimæ notæ ſunt Regulæ et Triangula huic Praxi inſervientia, quæ fiunt ex Ebore aut durioribus Lignis Indicis.

Modus 2dus.

Utuntur in vulgus ita dicto Paralleliſmo, qui ex duabus Regulis ejuſdem ubique Latitudinis duplici et æquali inter ſe Retinaculo ita connexis paratur, ut Regulæ ipſæ pro variis intervallis datis varie diduci poſſunt.

Paralleliſmus iſte autem ſæpius adhibitus, vitioſus redditur, ob continuam enim Retinaculorum Frictionem ipſa laxeſcantur, plus juſto efforata. Neque etiam conſtans huic malo medela paratur, quomodocunque etiam Retinacula iſta ex Laminis orichalco duplicatis elasticis filum



II. In campo.

1) Ex puncto E ad Rectam AB duc normalem EC. §16.

2) Ex eodem Pcto E excita aliam normalem DE. §14.

Dico DE esse ∥lam ipsi AB, id quod liquet ex §134 et Q.E.F. et D.

§18. Hypothesis 2.

Gradus ut Perticas, Minuta ut Pedes, secunda ut Digitos, Tertia ut Lineas etc. sic commate uno, duobus etc. significabimus. v.c. 79 Gradus, 35 Minuta 47 secunda etc. h. m:

79° 35' 47''. etc.

Peripheriae autem in 360 unius Gradus in 60 Minuta, uniusque Minuti in 60 Secunda, et ita deinceps secundum Proportionem sexagecuplam subdivisionem acceptam ferunt, veteribus Aegyptiis, prudenti sane Consilio adoptatam, cum per omnes

Digitos uno Septenario excepto exactam admittat Divisionem. Neq; tamen hoc omnibus ob difficiliorem fractionem sexagesimalium calculum arrisit Mathematicis. Fuerunt unde ceteri primus Oughtredus, Wallisius, alii subdivisionem Graduum per fractiones decimales, quatenus tam ardua non sit Reductio, suadentes, idq; consilii secuti Henricus Briggius, Joh. Neutonus et Nic. Mercator de quibus plura vide ap. Perill. Wolfium in Geom. lat. § 43. Nostris Temporibus Joh. Sam. Lippio A. M. aliam viam ingredi placuit, preter enim ea, quod decimales cum supracitatis Viris celeberrimis merito preferat sexagesimalibus, Pphio ipsius etiam in 360 Divisionem taxat, commodiorem in 400 particulas fore, ratus. Enimvero cum 400, neq; per 3 et multipla 6, 9, neq; per 7 exacte dividatur, meliorem antiqua, novam hanc Sphæræ ſectionem Viri haud cenſuerunt eruditiores. cf. Fr. illius de Transportatoriis curvilineo rectilineo et Arithmetico. Witteb. 1720. 4. Merito tamen in calculis ſervatur Hypotheſis Aegyptiaca, quam miſsa maximis iisq; accuratiſsimis laboribus eruti calculi ſummorum omnis aevi Virorum immutandi novoq; cuidam Hypotheſi accommodandi eſsent alii, ſummo, eq; ac aetatem Hominis ſuperante ſtudio. cf. de ſexageſimalibus Tabulas Prutenicas Eras. Reinholdi p. 1—14.

§19. Problema XI.

Angulum propoſitum metiri.

Reſolutio et Demonſtrati



Quoniam menſura ∠li ADC eſt Arcus radio prorſus arbitrario intra crura deſcriptus EF. §33. et universum eo redit negotium ut Quantitas Arcus EF in

Gradibus illorumq; Partibus Sexagesimis h. e. minutis Secundis etc. § 27. 28. determinetur in quod fit ope semicirculi in 180 Gradus eorumq; semisses etc. accuratissime subdivisi; quem Transportatorium dicunt.

Proinde

I In Charta

1) Centrum Instrumenti transportatorii in Vertice D ita colloca, ut ejus semidiameter crus DB alterum v. c. DE exactissime stringat.

2) Numera Gradus inter DE et DF interceptos; quod si autem DF minus fuerit transportatorii semidiametro producendum est § 28.

Q. E. F. per § 33. 28.

II In Campo.

1) Instrumento Goniometrico

1) Instrumentum Goniometricum, situ Horizonti parallelo ita colloca, ut Centrum ejus

Verticis Δli propoſiti exacte immineat, Id quod fit ope Perpendiculi fulcro appenſi; Beneficio autem Libellæ ſitus Inſtrumenti Geometrici examinatur.

2) Latus Regulam Dioptris immobilibus inſtructam ita dirige ut mediam Baculi in Extremo cruris alterius def xi collimando appareat.

3) Regula vero Dioptris mobilibus inſtructa, cis et ultra mota medium baculi alterius crus ſcil. alterum Δli dati conſtituentis determinet

4) Numera Gradus interceptos

D. F.

2) Menſula Prætoriana

1) ſuper Vertice Δli in menſ la ad Horizontem rite con tuta per Num. 1. anteced. Pu ctum determina ope ſubtiliſ me Acus, quod ipſum Vertic Δli propoſiti immineat;

2) Acui huic Regulam Dioptris instructam applica.

3) Juxta hanc facta ad Bacillos legitima collineatione duc Graphio aut Plumbagine Rectas in Puncto ab Acu facto coituras. §81. G.

4) Applicato Transportatorio Numera Gradus per §: hujus Resolut. 1mam.



D: F.

Demonstratio

AC in Campo ≈ ag in Mensula }
et BC in Campo ≈ bg in Mensula } per legitimam Mensulae constitutionem.

Proinde

∠ ACB in Campo = ∠ agb in Mensula §442.

Q. E. D.

Eadem est Demonstratio si Instrumento Goniometrico Anguli propositi Quantitas investigetur.

§20. Scholion 1.

Quod si Quadrante Geometrico mensurandus est obtusus x, mensu deinceps positum acutum y cogni tumque a 2 Rectis aufer h.e. ex 180 dicto Residuum = x.



Nam

$\angle x + y = 2R.$ § 93 b.

$\angle y \ = \ y.$ § 40 Ar.

$\angle x = 2R. - y.$

Esto in c. s. $y = 36^{\circ},, 12'$

Quia $\angle x + y = 179,, 60$

et $\angle y = 36,, 12$

Ergo $x = 143,, 48'$.

Designabis autem ∠lum deinceps positum y, defigendo cum alter utro Crure ∠li x, Baculum in eadem Recta; uti patet ex § 8.



§ 21. Scholion 2

Si Semicirculo Geometrico ∠lus major 2 Rectis investigandus est y, Quaere illius Complementum ad 4 R. x; inventumque ex illis aufer. Dic: Resid. ∠y.

Nam quia.

$x + y = 4 R.$ §90. G.

et $x = x.$ §40. Ar.

$y = 4R. - x.$ §48. Ar.

Sit in C. S. $x = 120°,, 33'.$

Quia $x + y = 360° = 359,, 60.$

$y = 239,, 27'.$

§22. Scholion 3.

Quodsi vero Quadrante Geometrico idem ∠lus y quaerendus esset, adde ∠li x deinceps positum z, duobus Rectis, quemadmodum ex eodem §90. G. constat.

§23. Problema XCII

Angulum propositum describere in Charta.

Resolutio.

Modus 1.

1) Duc Rectam infinitam AB & in illa accipe Ptm C.

2) Applica Instrumentum Transportatorium, ut Diameter Recta AB et Centrum puncto C congruat.

3) Numeratos tot Gradus quot Angulus propositus conficit abscinde in D.

4) Duc Rectam DC. §81. G. D.F. §399. G.



Modus 2.

Si ∠us in Charta fuerit propositus, adeoq in aliam transferendus expeditissime utimur Circino tribus Cruribus instructo, cujus Operationis Ratio patet. ex §. 107. G.

Caeterum notandum Practicos praecipere, Transportatorio eandem cum Instrumento Goniometrico, quo usi sumus in determinanda ∠li Quantitate in Campo aut paullo tantum minorem esse debere Diametrum nec sine causa uti liquet ex § 399. G. Iidem auctores quoque Transportatorium Regula circa Centrum mobili instructum suadent, secundum quam Linea DC accuratius possit duci.

§ 24. Problema XIII.

Angulum propositum transferre in Campum.

Resolutio.

I Ope Instrumenti Goniometrici

1) In Recta AD puncto dato vel aſſumto E colloca Centrum Inſtrumenti cum Horizonte ope Libellae ∥le conſtituendi.

2) Immobilem Regulam diſpone in ipſa AD

3) Mobili autem obſerva ∠li propoſiti Quantitatem. §19.

4) Secundum hanc Baculum in Recta ER infige, qui collineanti occurrat.

Dico ∠DER = dato. §442.



II Ope Menſulae Praetorianae

1) Angulum propoſitum deſcribe in Charta ſuper Menſula bene extenſa. §28.

2) Reliqua fac uti Reſolutione I Regula np. circa Axem mobili collineando et Crurum ED et ER inclinationem Baculis defixis determinando.

§250. Problema XIV.

Angulum in Campo datum ADC transferre in ejusdem

Campi Pctm. E Funiculi vel Catenae atque Baculorum adminiculo.

Resolutio et Demonstratio.

1) In cruribus BC et AB statue Baculos utrunque in D et F.

2) Fac EG = BD.

3) Transfer in Funiculum Longitudines BF et FD eumque vel Catenam in extremis Punctis ad E et G firmatam ita extende Baculo quodam tertio H,

ut HE = BF.
HG = FD.

Dico ∠E = B. §10b. θ.



§26. Problema XV.

Metiri Distantiam duorum Locorum A et B ex eodem tertio C accessorum.

Resolutio.

I. Ope Funiculi vel Catenae et Baculorum

1) In C defige Baculum normaliter, id quod h. l. semper supponitur p. §4. Num 3.

2) Mensuratam §8. AC transfer ex lin C, ut AEC sint in eadem recta. §8. 24.

3) Simili Operatione Rectam CD transfer ex lin D in eadem Recta BD. §8. cc.

4) Mensura Longitudinem DE §8. Dico DE = AB.

Demonstratio.

$\angle x = \angle y$
$AC = CE$ } r. C.
$BC = CD$

$AB = DE$. §99. θ.
Q. E. D.

II Ope Mensulæ Prætorianæ

1) Fac ∠um DFE = ∠ ACB. §19.

2) Quantitates Rectarum AC et CD Catena vel Funiculo mensuratas §8. ope Scalæ §6 transfer ex F in D et C.

3) Duc DE. §81. ~~θ~~ et quære Rectæ DE. §81. Quantitatem ex eadem Scala. §5. 8.

D. F. Rectamque AB tot respondere Perticis, Pedibus

Digitis &c. ipsius Catenae vel funiculi quot Perticae aut Decempedae Pedes &c. respondent ipsi DE in scala accepta §58.

Demonstratio.

∠DFE = ∠ACB p. Obser.
et DF : FE = AC : CB. p. l.

Δ DFE est eq∠gl. Δ ABC. §256. A.

FD : DE = CA : AB
FE : ED = CB : BA } §352. θ.

Q. E. D.



cf. Fig. Memb. II

III Ope Instrumentorum Goniometricorum.

1) Observa Angulum C. §19.
2) Quantitates Rectarum AC et CB §8.
3) ∠lum C transfer in Chartam §23.
4) Fac Rectas ED et DF Rectis AC et CB ppales §8.5.
5) Duc EF. §81. θ.

D. F.

Demonstratio.

Coincidit cum proxime antecedente

§27. Scholion.

Si integrae Rectae AC et CD ope Baculorum transferri nequeant in D et E transfer quamcunque illarum Partem, secundam, tertiam, quartam, eritque DE secunda, tertia, quartaque Pars ipsius AB ut ex Demonstratione liquet. §26. N.2.

§28. Problema XVI.

Invenire Distantiam duorum locorum A et B ad quorum unum tantum Aditus patet ex assumta vel data statione C.



Resolutio

I Ope Funiculi vel Catenae et Baculorum.

Modus I

1) Mensuratam AC ex C transfer in D in eadem Recta §8.

2) Fac ∠lum CDE = ∠lo A. §25.

3) Defige in Recta continuata ED Baculum F, qui et cum ipsa ED et BC sint in eadem Recta §4.

DF

AC = CD p. demonstrat.

∠x = ∠y §94 G.

∠A = ∠D p. C.

AB = FD. §14 G.

Modus 2dus.

ſi Angulus A. Funiculo vel Catena et Baculis ob vicinam Ripam aut alias Agri circumſtantias menſurari nequeat.

1) Baculum D in directum ſtatue cum Baculis A et B

2) Menſuratas AC et CD. §8. transfer in directum utramque utrique in E et F uti §26. N.1.

3) Baculum J in directum ſtatue ipſi EF, qui ſit et ipſis C et B in directum poſitus. §4.

Dico EJ = AB.

Demonſtratio.

$\angle o = \angle y$. §94. Ө

$DC = CF$ } p. C.
$AC = CE$

$DA = EF$. §99. Ө.

$\angle D = \angle F$ §c

$\angle BCD = \angle JCF$. §94 Ө.

$DC = CF$. p. C.

$DB = JF$. §114 Ө.

$AB = JE$. §43. Ar.

Q. E. D.

Paullo aliter

$\angle o = \angle y$ §94 G.

$DC = CF$ }

$AC = CE$ }

$\angle DAC = \angle FEC$. §99. G.

Sed $\angle DAC + z = 2R$. } §95 G.

et $\angle FEC + \alpha = 2R$ }

$\angle DAC + z = \angle FEC + \alpha$. §41 Ar.

Ergo.

$\angle z = \angle \alpha$ §43 Ar.

Sed $\angle u = \angle \alpha$. §94 G.

et $AC = CE$. p. C.

$AD = FE$. §99. G.

Q. E. D.

II Ope Menſuræ Prætorianæ

1) Menſula legitima collocata in A deſcribe ∠lum F = ∠lo A. §19.

2) Menſura Rectam AC eamq ope Scalæ transfer ex F in d §8.



3) Transfer Mensulam ex A in C defixo tamen in A Baculo ut punctum d ipsi C immineat et AC sit ∥la cum dF.

4) Describe ∠lum d = ∠ ACB §19.

5) Ope ejusdem Scalæ quære Quantitatem Rectæ FE. §8.

D. F. h. e fore

dF : FE = AC : AB

Demonstratio.

∠A = ∠F } p. Constructionem
∠C = ∠d }

∠ACB æq. ∠gl. △lo FdE. §155. et 308. Θ.

Ergo

dF : FE = AC : AB. §352. Θ.

Q. E. D.

III Ope Instrumentorum Goniometricorum.



1) Observatis legitime ∠lis A et C. §19.

2) Atque Lineæ AC Quantitate §8.

3) Ope Scalæ §5. describe in Charta Lineam EF, ipsi AC proportionalem §8.

4) Deniq; translatis ∠lis A et lin. E et F. §23. D.F.

et eſse
EF : EG = AC : AB.

Demonſtratio:

Coincidit cum proxime antecedente.

§29. Problema XXVII

Metiri Diſtantiam duorum Locorum inaceſsorum A et B.

Reſolutio

I Ope Menſulæ

1) Electis duabus ſtationibus C et D.

2) Fac in menſula ∠los

ACD = ∠gei
BCD = ∠ieh } §19.
ACB = ∠geh

3) Quantitatem Rectæ CD quæſitam transfer ope Scalæ ex e in i. &c.

4) Transfer Menſulam ex C, relicto tamen baculo in D ut Pctm i immineat Pcto D et DC ſit ‖la ei ✗

✗ 5) Fac ∠los eih = ∠CDB } §
eig = ∠ADC } 19

6) Menſura Rectam gh. D.F. et eſse

ei : gh = CD : AB

Fig Q

Demonstratio

$\angle ACd = \angle gei$ } p. C.
$\angle AdC = \angle eig$ }

$\triangle ACd$ aeq∠gl. $\triangle gie$. §155. 305. Th.

$ei : eg = Cd : CA$. §352. Th.

$\angle CDd = \angle eih$ } p. C.
$\angle dCD = \angle ieh$ }

$\triangle dDC$ aeq∠gl. $\triangle eih$. §155.

$ei : eh = CD : Cd$. §352. Th.

$eg : eh = CA : CD$. §174. A.

$\angle geh = \angle ACd$. p. Obs.

$\triangle geh$ aeq∠gl. $\triangle ACd$. §356. Th.

$eg : gh = AC : Ad$. §352. Th.

sed

$ei : eg = CD : CA$ p. d.

$gh : ei = Ad : CD$. §175. A

h. e.

$ei : gh = CD : Ad$ §146. A.

Q. E. D.

II Ope Goniometricorum Instrumentorum.

1) Observa ∠los x, y, z etc. §19.

2) Mensura Rectam ED. §8.

3) Ope Scalæ §5. fac EG ‖alem ED §8. in Charta atq

4) Ad Pctm E transfer ∠los q et o = ∠lis x et y. §23 et

5) Ad Pctm G transfer ∠los p et n = ∠lis z et n. utrumque utrique §c.

6) Duc RH. §81. C.

Dico AD ‖alem RH ut ex demonstratione antecedente liquet.



cf Fig 9

III Mitto Resolutionem Baculorum et Funiculi vel Catenæ adminiculo absolvendam quam inter primos dedit Schwenterus in Geometria Practica quippe quæ et minus expedita est nec satis Praxi accommodata.

§30. Scholion.

Facile adparet, simili omnis



Operatione vel Menſula vel Inſtrume
torum goniometricorum præſidio
diſtantias plurium locorum in-
veniri poſſe. Nam:

1) Aſſumtis duabus ſtationibus commodis ex quibus ſcil. verſus ſingula loca collineare licet.

2) Vel in Menſula deſcribantur vel ope aliorum Inſtrumentorum obſerventur omnium Angulorum a Punctis A, B, C, D, F, et A, B, C, D, E in Punctis E et F concurrentium Quantitates. Fig.

3) Menſuretur Linea EF, eidemque fi ~~pp~~alis in Menſula vel in Charta LM. §.5.6.

4) Deſcriptis ergo in eadem Charta ∠lis ad Pcta L et M, qui ſinguli ſingulis æquales ſint qui obſervati erant in Campo et

5) Junctis Triangulorum GLM, LPM, LHM verticibus GH, K, P, Rectis GH, GK, GP, HK, HP, PK.

1) $LM : GH = EF : AB$.
2) $LM : GK = EF : AD$
3) $LM : GP = EF : AC$.
4) $LM : HK = EF : BD$
5) $LM : HP = EF : BC$
6) $LM : PK = EF : CD$.

Demonstratio.

Sine negotio concinnatur ex iis quae ad § 29. evicta fuere sunt enim:

I. A et B loca duo inaccessa et AB eorum distantia p. H. Collata ergo &c. Demonstratione liquet
$\triangle GLM \sim \triangle AEF$.
$\triangle HLM \sim \triangle BEF$
$\triangle HLG \sim \triangle AEB$
Quare omnino
$LM : GH = EF : AB$ cf. &c.
Q.E.I.

II A et D sunt duo Loca inaccessa eorumque distantia AD p. H. simili ergo Ratiocinio evincam.
$\triangle GLM \sim \triangle AEF$
$\triangle LMK \sim \triangle EFD$
$\triangle GLK \sim \triangle AED$. adeoque
$LM : GK = EF : AD$.
Q.E.II.

III A et C sunt loca inaccessa duoque atque AC eorum distantia p. H. Ergo simili Discursu.
$\triangle GLM \sim \triangle AEF$.
$\triangle PLM \sim \triangle CEF$.
$\triangle GLP \sim \triangle AEC$. adeoque
$LM : GP = EF : AC$. &c.
Q.E.III.

Idem similiter de locis
$\left.\begin{matrix} B \text{ et } D \\ B \text{ et } C \\ C \text{ et } D \end{matrix}\right\}$ eorumque distantia $\left\{\begin{matrix} BD \\ BC \\ CD \end{matrix}\right.$

ostendit esse
$LM : HK = EF : BD$ etc



§31. Problema XVIII.

Metiri Altitudinem accessam AB ex Pcto C in eodem Plan sito.

Resolutio

I Ope Mensulæ

1) Reducta Mensula ex Horizontali situ in Verticalem ope Libellæ

2) Assume in illa Pctm α quod ipsi C immineat, id quod fit ope Perpendiculi ex α in C demissi.

3) Duc per illud α αβ cum Mensulæ Latere MQ vel DH. §16. aut §138. b.

4) Ex α collinea versus A, et duc Rectam αγ. §19.

5) Quære Quantitatem Rectæ BC. §8. eamque

6) Ope scalæ transfer ex α in Rectam αβ, quæ sit αδ §8.

7) Ex δ excita ⊥lem δε. §120 b. aut 148.

8) Mensuratæ δε adde Instrumenti h. e. Mensulæ Altitudinem αC.

Q. F.

Demonstratio.

∠ABC = R. p. H. et r. bat. q. 126 B.

∠αCB = R. p. C.

AB ∥ αC. §138. Θ. sed et

∠CαE = R. p. C. vel §136. Θ.

BC ∥ αE. §138. Θ.

Bα est Parallelogm. §72 Θ.

Ergo EB = αC } §167. Θ.
BC = αE }

Quarecum

∠B = ∠E. §132. Θ.

∠E = R. §92. Θ. sed

∠εδα = R. p. C.

∠E = ∠εδα §92 Θ. cumque

∠AαE = ∠εαδ. §40 A.

△ AαE aeqℓ. △lo εδα §155. et 305 A.
AE

Ergo

αδ : δε = αE : EA. §352. Θ.

sed αE = BC. p. d.

αδ : δε = BC : EA. §10 A.

Q. E. I.

Quare

addendo αC = EB p. d.

AE + αC = AE + EB. §10 A

= AB. §47 A.

Q. E. D.





II Ope Instrumentorum Goniometricorum.

1) Instrumento verticaliter ita constituto ut Centrum α immineat assumto stationis Pcto C.
2) Observa Quantitatem ∠ Bα E §19.
3) Mensura Rectam DC §8.
4) Fac ∠ loα in Charta aequalem oc. §23.
5) Et Lineo DC ppalem αF. §8.
6) Excita ⊥lem ex F, FD. §158 aut §14.
7) Mensura DF et adde Instrumenti altitudinem αC.

D.F.

Demonstratio

Coincidit cum proxime antecedente

Q. E. D.

III Ope Baculi atq Funiculi vel Catenae ß

1) Defixo in Terram secundum $\angle R$. Baculo §4. N.3. C.D.

2) Humi jacens eo lineae ut Oculus in E constitutus cum summis Altitudinis et Baculi Punctis A et D sit in eadem Recta, id quod obtinetur vel revolvendo vel advolvendo Corpus ad DC.

3) Quaere Quantitates Baculi DC atq Rectarum CE et EB §8 C.D. ß

4) Ad inventas quartam ppalem §314. A. D.F. h.e. AB esse quartam ppalem

Demonstratio.

$\angle B = R$. §126. Θ.

$\angle C = R$. p. C.

$\angle B = \angle C$. §92. Θ.

$\angle E = \angle E$. §40. A.

$\triangle ABE$ aeqlgl. $\triangle DCE$. §155. et 305 Θ.

Ergo

$CE : CD = EB : BA$. §352 Θ.

Q.E.D.



Aliter.

1) Baculos duos CD et EF Longitudinis inaequalis verticaliter eodem cum Altitudine AB Plano statue, ut inter illam et minorem major pateat minoris vero summam [illegible] E cum A et C sit in eadem Recta collineanti; id quod fiet Baculum EF in terram vel altius defigendo vel defixum nimius extrahendo.

2) Quaere Distantiam Baculorum CR. iteq.

3) Rectas FD et FB. [illegible]

4) Adde FD, FB, CR quartam proportionalem. §314. AQ.

5) Inventae huic adde Longitudinem minoris Baculi EF. D. F.

Demonstratio.

Quia EF, RD, QB ⊥les ad BF p. c.
Ergo EF = RD = BQ. §138, 134. t.
Sed AQ et BF ∥lis ad EF y. c.
Ergo QE = BF. &c.

Ergo
DE et QF ſunt ‖læ §72 G.
Ergo DQ = EF
EQ = DF } §164. G.
RE = DF

Porro: cum ∠ Q = R. §92. pf.
et ∠ E = ∠ E. §40 Ar.

△ AQE æqtgl. △ CRE §155. 305 G.
Ergo
ER : CR = EQ : AQ §352 G.
ſed ER = DF.
et EQ = DF. pr.d.
Ergo
DF : CR = DF : AQ §10 Ar.
Q.E.I.
Eſse vero AB = AQ + CF liquet
ex Demonſtratione Ima hujus
§i
Q.E.D.

§32. Problema XIX.
Metiri inacceſsam Altitudinem AB.
Reſolutio.
I Ope Menſulo.
Electis duabus ſtationibus

D et G, quo ſint in eadem Recta cum Altitudine D A. §. 9. i. e. in eod Plano.

2) Factisq omnibus ut Nbr. 1 – 48.

3) Menſura Rectam D C. §8. eamq

4) Ope Scalæ transfer ex α in β. §8.

5) Defixo in C Baculo menſulam ex C transfer in D, ut β immineat ipſi D et Menſula ſit in eodem Plano cum Baculo C et Altitudine A D.

6) Duc Lineam A β G. §19.

7) Ex δ demitte ⊥lem δγ in αβ §119. continuatam. §82. C

8) Quære illius Quantitatem in ſcala. §8.

9) Inventaq adde Altitudinem α C vel β D.

D. F. h. e.

G A æqualem ipſi γδ. h. e.

$\alpha\beta : \gamma\delta = DC : GA$

Demonſtratio

Gl et Dl esse Plgma et
$GD = \beta\delta = \alpha l$ atq.
$\beta\alpha = Dl$ patet ex Dem. §31.

Porro quia $G\alpha$ est Recta p. Hyp.

$\angle\angle A\beta G + A\beta\alpha = \angle\angle \delta\beta\gamma + \delta\beta\alpha$ §93 Th. §241 Ax.
$\angle A\beta G = \angle \delta\beta\gamma$. p. Obs.

$\angle A\beta\alpha = \angle \delta\beta\alpha$ §48 Ax. cumque
$\angle \alpha = \angle \alpha$. §40 Ax.

$\triangle A\beta\alpha$ aequiangl. $\triangle \delta\beta\alpha$. §155. 305 Th.

Ergo

$\alpha\beta : \beta\delta$ nempe in Mensula $= \alpha\beta : \beta A$ in Campo.
Sed $\alpha\beta$ in Campo $= Dl$ p. d.
$\alpha\beta : \beta\delta = Dl : \beta A$. §10 Ar.

Similiter quia

$\angle ADG = \angle \delta\beta\gamma$. p. Observ.
$\angle AG\alpha = \angle \delta\gamma\beta$. p. C. §92 Th.

$\triangle ADG$ aeqlgl. $\triangle \delta\gamma\beta$. §352. Th.

$\alpha\beta\delta : \delta\gamma = \beta A : AG$. §352. A.

$\alpha\beta : \delta\gamma = Dl : AG$. §172. A.

Q. E. I.

Ergo et $AG + \alpha l = AG + GD$. §41 A et 162 A.
$= AD$ §17 Ar.

Q. E. II. D.





II Ope Instrumentorum Goniometricorum.

1) Factis omnibus Resolutionis primo Mbro 1mo

2) Observa ∠los o et z §19.

3) Itemque Quantitatem Rectae DC. §6.

4) Rectae DC describe pallelam in Charta §8.5.

5) In puncto M, fac ∠lum M = ∠lo o itemque in producta MR ∠lum y = ∠lo z §23.

6) Ex S demitte ⊥lem ST. §119 G.

7) Huic mensuratae in Scala §8. adde Altitudinem Instrumenti zD vel OC. Q.F.

Demonstratio.

$$\left.\begin{array}{l} \angle z + u = 2R \\ y + x = 2R \end{array}\right\} \text{§93 G.}$$

$z + u = y + x$. §41 Ar.

$z = y$ p. Observat.

$\angle u = \angle x$

$\angle o = M$. p. Obs et C.

$\angle u + o = x + M$. §40 Ar.

$\angle u + o = \angle 2R$. §144 G.

$x + m < 2R$. §46 Ar.

✕ ✕

✕ ✕

Convergent ergo SR et SM. §141 G.

Reliqua demonstrantur uti Membro I hujus §

Q.E.D.

§ 33. Scholion 1.

Ex Demonstratione § antecedentis liquet eandem in utraque statione esse debere Instrumenti Altitudinem id quod accurate observandum est.

§ 34. Scholion 2.

Supponimus etiam Altitudinem ipsam atque stationes in eodem Plano horizontali esse constitutas; id quod tamen evenire cum rarissime soleat, Altitudinibus mensurandis vel infra vel supra Horizontem consistentibus.

Ergo in

Casu I.

Non Instrumenti Altitudo, sed Recta QD, quae determinatur ex ∠to z §19. mensurato et Linea AQ producta §82. b addenda est ipsi AQ, quo sit Altitudo et Spatialis Recta in Scala mensurata, p. §8. np. Ms. cf. Fig. 1 pag 60.

× ex tota Altitudine AH

Casu II Linea AH quae determinatur ut AD sit spatialis Recta ab Horizonte arbitrario EH ∠y, et in Scala §8. accepta altitudine AH, auferenda est RG. cf. Fig. II p. 61

×

Demonstratio.

Casus I.

Supposita vel in Charta vel in Mensula debita Delineatione vi Resolutionis §32. Liquet ex ejusdem §phi Demonstratione esse:

$PG : M\Theta = DC : AQ$, atq. ob

$\triangle AQZ \sim \triangle M\Theta P$. p. dem. eand.

$M\Theta : \Theta P = AQ : QZ$ §352. Θ.

Porro quia

$\angle \alpha + \beta = 2R$ } §93 Θ.

$\angle \gamma + \delta = 2R$ }

$\angle \alpha + \beta = \angle \gamma + \delta$. §41 Ar

$\angle \alpha = \angle \gamma$. §92 Θ.

$\angle \beta = \angle \delta$ §43. Ar.

$\angle Z = \angle n$. p. Obs. et Constr.

$\triangle QZD$ aequiang. $\triangle \Theta PS$. §155. Θ.

$\Theta P : \Theta S = QZ : QD$. §352. Θ.

$M\Theta : \Theta S = AQ : QD$. §172. Ar.

Ergo

$M\Theta + \Theta S : M\Theta = AQ + QD : AQ$. §164. Ar

h.e. $MS : M\Theta = AD : AQ$. §47 Ar.

sed $PG : M\Theta = DC : AQ$ p. d.

$MS : PG = AD : DC$. §173 Ar.

Q. E. D.


A
Q
α
β
B
L
D
C
M
O
V
n
p
G
δ
S

Casus 2dus

Iisdem Delineationibus suppositis erit per §32. Demonstrationem;

$PS : RM = DC : AH$. atq. ob

$\triangle RMP \sim \triangle AHO$. y. demonstrand. &c.

$RM : MP = AH : HO$. §352 G.

Porro quia

$\angle H = \angle M$. §92. 126 G

$\angle y = \angle GPM$. p. obs. et Con.

$\triangle dHO$ aeq∠gl. $\triangle GPM$. §155. G.

$GM : MP = dH : HO$. §352 G.

$RM : GM = AH : dH$. §173 A.

$RM - GM : RM = AH - dH : AH$ §174 A

h.e. $PS : RM = DC : AH$ p. d

$GR : PS = Ad : DC$. §173. A.

adeoq. et

$PS : GR = DC : Ad$. §146 Ar.

Q. E. D.


A
m
H
y
O
N
D
C
R
G
M
P
S

62

Caput II^{dum}

De Arearum Conſtructionibus atq; Dimenſionibus.

§35. Theorema 1.



Si Peripheria Circuli dividatu in quotcunq partes æquales, du cdnturq ſubtenſæ AB, BC, CD, DE, EA, figura ordinata eſt

Demonſtratio.

Arcus $AB = BC = CD = DE = EA$. p.

Chorda $AB = BC = CD = DE = EA$. §2

Ergo figura ABCDE eſt æquilater

§56 θ.

Porro quia Arcus $\left.\begin{array}{l} CB = BA \\ BA = AE \\ AE = ED \end{array}\right\}$ p.

Arcus $CBAE = BAED$ §42

Ergo $\angle D = \angle C$. §281 θ.

Id quod ſimili cum demonſ tur Ratiocinio de ∠lis E, A, B,

Ergo Figura ABCDE eſt æquiangula §47 θ.

Ergo ordinata. §299 θ.

Q. E. D

§36. Problema XX.

Circulo dato Polygonum ordinatum inscribere.

Resolutio et Demonstratio.

1) Divide 360° per Numerum laterum ut innotescat Quantitas ∠li C.

2) Construe inventum ad Centrum §23.

3) Chordam CG in Pphia circumfer §307. θ quoties fieri potest, atque Figuram descriptam esse ordinatam, liquet ex §35.



§37. Problema XXI.

Invenire Angulum A cujuslibet Figurae ordinatae ABCDEF.

1) Quaere Summam omnium Angulorum Polygoni dati §309. θ.

2) Inventum divide per Numerum Laterum. S.F.C.E. D.Q.P.

r.c in Hexagono.

1) Quia $\angle A = \angle B = \angle C = \angle D = \angle E = F$ §299 θ. et H.
adeoque $\angle A + B + C + D + E + F = 12R - 4R$. §309 θ.

2) Differentiam 8 Rectorum divide per Laterum Numerum Figurae propositae ordinatae h.l. per 6 Quotus est aequalis A.

Schema Calculi

$6 \times A = 8R = 720°$ Ergo
$A = \frac{8}{6} = 120°$ similiter in aliis



Aliter

1) Divide 360° per Numerum Later
2) Quotum aufer a 180°
Dico Differentiam esse ∠lum qu ſitum.

Demonſtratio.

Concipe Polygonum Circulo inſc ptum §36. Per Centrum F ex ∠li unius Vertice A duc Diametrum AG. §81. 82. θ.

Quare cum

Arc. ABCG = GDEA. §54. θ.
et Arcus AB = $\frac{1}{5}$ Pphiae } p. l.
et Arcus AE = $\frac{1}{6}$ Pphiae }

AB = AE. §41 A.

Arc. BCG = Arc. GDE §43 A.

∠o = ∠y §281. θ. Ergo
∠A = ∠o + y. §47 A.
∠A = 2×∠y. §10. A.
Duc FE. §81. θ. Ergo.
∠x = 2×∠y. §273. θ

∠A = ∠x. §41. A. Sed
Menſ. ∠x = Arc. GDE. §53. θ
Arc. GDE = GDEA − EA. h. e.
= 180° − $\frac{1}{5}$ Pphiae §10.

Proinde

∠A = 180° − $\frac{1}{5}$ Pphiae §41 A.

Q. E. D.

Demonstratio II

Longe est expeditior supposito Theoremate: Si cujuscunque Polygoni ordinati producantur Latera AB, BC, CD, DE, EA: ∠li qui oriuntur externi, α, β, γ, δ, ε, sunt inter se aequales.



Id quod h.m. demonstrabis.

$\angle A+\varepsilon = 2R.$ } § 93 θ.
$\angle B+\alpha = 2R$ }
$\angle C+\beta = 2R$
$\angle D+\gamma = 2R.$
$\angle E+\delta = 2R.$

$\angle A+\varepsilon = B+\alpha = C+\beta = \angle D+\gamma = \angle E+\delta$ § 41 A.

Verum.

$\angle A = B = C = D = E.$ § 299 et A.

$\angle \varepsilon = \angle\alpha = \angle\beta = \angle\gamma = \angle\delta.$ § 45. A.

Q. E. D.

Quo ergo demonstrato

$\angle \alpha+\beta+\gamma+\delta+\varepsilon = 4R.$ § 341 θ.

Ergo $5\times\alpha = 4R.$ p. Theor modo demonstratum.

Ergo $\alpha = \frac{4}{5}R.$ § 45 A.

Sed $B+\alpha = 2R.$ 93 θ.

$\angle B = 2R - \frac{4}{5}R.$ § 43 A.

Angulus h.e. Polygoni dati prodit, si a duobus Rectis auferas

quatuor Rectos divisos per Num
rum Laterum Polygoni ejusdem
Q.E.D.

§. 6.

cf Fig §37. Esto datum Hexagonum. Ergo

$$\angle A = 2R - \tfrac{4}{6}R.$$
$$= 180^\circ - \tfrac{360}{6}$$
$$= 180 - 60^\circ$$
$$= 120^\circ$$

cf Fig. §65 Esto datum Pentagonum. Ergo

$$\angle A = 2R - \tfrac{4}{5}R.$$
$$\angle A = 180 - \tfrac{360}{5}$$
$$= 180 - 72^\circ = 108\ \text{ps.}$$

§38. Scholion.

Non abs re erit Tabulam addere
in qua ∠li Polygonorum a III–XX
IV. Laterum continentur secun
da ejus series fit per continu
am duorum R. h.e. 180 additi-
onem.

Tertia oritur ex Divisione se-
riei 2dae per primam uti liquet
ex §37. Resolutione 1ma.

Quarta vel per continuam 360
Divisionem per Divisionem La-
terum Polygoni dati vel per sub-
ductionem seriei tertiae h.e. ∠li
ligonalis a 2 Rectis

Num. Laterum	Sūma ∠orum	∠lus Polyg.	∠lus ad Cent.
3	180	60	120.
4	360	90	90
5	540	108	72.
6	720	120	60
7	900	$128\frac{4}{7}$	$51\frac{3}{7}$
8	1080	135°	45°
9	1260	140	40
10	1440	144	36
11	1620	$147\frac{3}{11}$	$32\frac{8}{11}$
12	1800	150	30
13	1980	$152\frac{4}{13}$	$27\frac{9}{13}$
14	2160	$154\frac{2}{7}$	$25\frac{5}{7}$
15	2340	156	24
16	2520	$157\frac{1}{2}$	$22\frac{1}{2}$
17	2700	$158\frac{14}{17}$	$21\frac{3}{17}$
18	2880	160	20
19	3060	$161\frac{1}{19}$	$18\frac{18}{19}$
20	3240	162	18
21	3420	$162\frac{6}{7}$	$17\frac{1}{7}$
22	3600	$163\frac{7}{11}$	$16\frac{4}{11}$
23	3780	$164\frac{8}{23}$	$15\frac{15}{23}$
24	3960	165	15°
etc	in	infinitum	

ſeriem autem ſecundam conſtru per continuam duorum Rectorum Additionem, inde liquet, cum omnes ∠li Polygoni junctim ſumtis inaequales bis tot Rectis quot ſunt Latera demtis 4 R. § 309 b. Ergo accedente Latere uno accedunt duo R. ſub eadem ſempu 4. Rectorum differentia. Proinde quia

Suma ∠∠ Trigoni = 2 R § 309. b
erit Quadrati = 4 R §c. $\overline{2+2R}$
Pentagoni = 6 R. §c. $\overline{4+2R}$
Hexagoni = 8 R §c. $\overline{6+2R}$
Heptagoni = 10 R §c. $\overline{8+2R}$
etc.

Prior Seriei quartae Conſtructio liquet ex § 36.

Poſterior h. m. demonſtrabitur. Eſto Polygonum ordinatum Circulo inſcriptum ABCDEG. Ductis ex Centro F radiis ad ſingulos ∠lorum Vertices § 81. erit:

$DF = FB$ §26. Θ.
$FC = FC$ §39. A.
$DC = CB$ §299. Θ.

$\angle u = \angle y$. §106. Θ.
Sed $\angle C = \angle u + y$. §47. A.
Ergo $\angle C = 2 \times \angle u$. §10 et 42 A.
Porro $DF = FC$. §26. Θ.

$\angle o = \angle u$ §100. Θ.
Tandem $\angle x + o + u = 2R$. §143. Θ.
Sed $\angle o = \angle u$ p. d.

$\angle x + 2 \times u = 2R$. §10 A.
Sed $\angle C = 2 \times u$ p. d.

$\angle x + \angle C = 2R$. §41. A.
Ergo $\angle x = 2R - C$ h. e.
Angulus ad Centrum Polygoni ordinati equalis est differentia Anguli Polygoni ejusdem a duobus Angulis Rectis.

Q. E. D.

Fig.

§39. Problema XXII
Super data recta Linea CB Polygonum quodvis ordinatum Circulo inscribere.

Resolutio I.

1) Quære ∠ Aum Polygoni ordinati, describendi. §37.

2) Eundem construe ad A vel B §25.

3) Fac $AC = AB$. §260.

4) Per Pcta A, B, C, describe Circulum §317. G.

5) In hoc coapta Rectam AB ad AC quoties fieri potest. §307. G.

D. F.



Demonstratio

Chorda $AB = AC = CD = DE = EB$ p.
Ergo Polygonum ABCDE est æquilaterum. §56. G.

Sed et Arcus
$AB = AC = CD = DE = EB$. §285. G.

Quare cum Arc. $BA = DE$
$BE = ED$ p. d.
$ED = DC$

Arc. $ABED$ = Arc. $BEDC$ §41. A.

Ergo $\angle C = \angle A$. §282. G.
Idque simili cum Discursu de ∠lis reliquis demonstratur Erit Polygonum ABCDE et æquiangulum §77. G.
Ergo ordinatum §299. G.

Q. E. D.



Resolutio. 2.

1) Quaere ∠lum Polygoni construendi v.c. Pentagoni §37.
2) Construe semissem ad data Recta extrema puta A et B §25.
3) Productis deinde Cruribus ad Concursum in G. §82.
4) Centro G Radio GA vel GB describe Circulum §88. A.
5) In hoc coapta datum AB quoties fieri potest §307. D. F.

Demonstratio.

Esto ∠lus Polygoni $= \pi$
inde $\angle\beta = \angle\gamma = \frac{1}{2}\pi$.
$\angle\alpha+\beta+\gamma = 2R$. §143. A.
$\angle\alpha + \frac{1}{2}\pi + \frac{1}{2}\pi = 2R$. §10. A.
$\angle\alpha + \pi = 2R$ §47 A.
$\angle\alpha = 2R - \pi$. §43. A. h. e.
∠α = ∠lo ad Centrum Polygoni dati h. l. Pentagoni p. d. ad §38.

Atque inde
